

Per Ant. Mancinellum.

Elegantiae Portus.

Lau. Vallensis Lima.

Rhetoricen ad herēniū esse Cicerōnis.

Rhetorices ad herēniū Cōmentariolus.

Domici Palladii Sorani Carmen

Mos Cynici laudandus erat collecta docentis

Omnia discipulos sub breuitate suos.

Nec minus a cunctis decoratur laudibus ille

Qui trogi longum q̄ breue fecit opus.

Et tibi flore datur laudi subiisse laborem

In liui summa fertilitate pium

Sic Mancinelli breuitas celebranda docēdi

Cum pateant multis quæ latuere diu.



VNIUERSIDAD  
DE SALAMANCA

GEDOS.USALES

**A**tini Sermōis Elegantiā cupientes quæ facit unumquodq̄ uerbum pure & aperte dici studiosi adoleſcētes: Vnde melius q̄ hinc haurire possitis: haud facile reperitur. Itaq̄ hortari: orare: urgere: etiam præceptorem una debetis ut die quoq̄ epitomē hāc uobis in litterario ludo legāt exponant: interpretētur. Quod si qui reuēnt. Studium ipsi ipendite. Illosq̄ uestri profectus iuidos credite: nostriq̄ inimicos laboris. atq̄ ex illis esse: qui cōtra ueritatem clausis oculis ubiq̄ latrāt. Nā dicēt aliq̄ epitomē hāc legi debere minie. Q̄d Mācinellus Laurentii documenta corrupit: Cū aliter atq̄ ille docuerit i epitome legatur. Ad ea: uti laurentii lōgiora præcepta cum his breuioribus conferantur: respondeatur. Sic enim inspicietur: an Mancinellus fidus in Epitome scriptor. In qua sane ad hunc ordinē redigēda mensis quattuor non sine labore ingenti & tædio amicorum gratiā ultro elaborauit: Iuga siquidem nulla detrecto: dum studiose publi prodesse ualeā. Qua de re quæcunq̄ obscuriora habent magna ex parte clarissima reddam: quod i multis etiam feci hætenus. Decreui et enim latinæ linguæ maria nauigantibus latentia saxa maximamq̄ scopulorum partē euellere: ideoq̄ nō solum Triremes uerum baiana cymba per altū tutissimæ nauigabūt. Scribo autem rudibus: q̄ multi q̄ didicerunt nūq̄ alios docent quod nesciunt. Opus ergo iis docendi ratio quædam & uia simplex facilis lata breuis aperta: decliuis potiusq̄ accliuis. Illud præterea noscite. Scriptorum neminē licet optimū Malignitatis dentes uitare posse: Multi enī ad fingendū parati benefacta conuiciis etiam lacerant: & quos reuereri deberent accusant: digni qui celenæo supplicio afficiantur. Verum ego Malignorum nihilipendēs latratus ab incepto scribēdi tenore nō deterrebor: Erūt. n. leones qui mea quantulacunq̄ scripta aduersus canes defendāt. Quippe nullus tam superis inuidiosus: quin ab aliquo foueatur. Valete. Datum Venetiis Idibus Martiis. M. ccccxciii.

**A**B: cum duabus liquidis: & cum .i. quando fit consonans adiuu-  
gi solet. ut ab lege. & ab legatis. ab litteris. ab rege. ab re. ab io-  
ue. Abs uero cum t: ut abs te. abs tito. Interdū cum qui: ut Te-  
rentius: Abs quiuis homine beneficium accipere gratum est.  
Hæc lau. Tu uero de ab legito limam nostram.  
Abdicare est expellere a bonis filiū: dū uiuit pater. Exhæredare uero post  
mortem. sed abdicare est grauius: q̄ etiā in se exhæreditatē continet.  
Abigere significat ab loco fugare atq̄ expellere: ut abige muscas a facie  
mea scribentis. Quintilianus: Ibo in littus miser: plantibus aues abigā.  
Item abige oues capras asellos ab hortis ab uinetis a pratis.  
Abigere quoq̄ significat furto tollere: atq̄ etiam latrocinio. Quintilianus  
adhuc transeuntium abacti pecorum greges sub hoc titulo defendebant. Vñ  
Abactores uocantur pecuariorum animalium fures: latrūculiue. Hos q̄dā.  
Abigeos uocāt. Vulpianus inquit: Abigei autem proprie hi habentur: q̄  
pecora de pascuis uel ex armentis subtrahunt: & quodāmodo depredā-  
tur: & abigendi studium quasi artem exercēt: equos de armentis uel oues  
de gregibus abducētes. Caterū si quis ouē oberrantē uel equos i solitudine  
relictos abduxerit: nō est Abigeus. sed fur potius. et Claudius ait. Quā-  
titas discernit furem ab abigeo: nam qui unā suam furripuerit ut fur co-  
ercebitur: q̄ gregem ut abigeus. hic furem ab abigeo separat: ut superior  
fecit  
Abhorreo ab hac re: idem est quod perq̄ alienus sum ab hac re. semper  
q̄ postulat huiusmodi ablatiuum. Exhorreo autem hanc rem: idem est  
quod expauesco. nec unq̄ iungitur ablatiuo: sed actō dumtaxat. Hæc  
lau. Tu uero legito limam nostram.  
Abstinentia a Cōtinētia ita differt q̄ abstinentia iustitia ē. Contiētia uero il-  
la q̄ iter uirtutes q̄rta nūerat q̄ eadē dīr Tēperātia & modestia. ē enī hæc  
quā auoluptatibus nos cōtinemus. Abstinentia quā abstinemus ab alie-  
nis nulli uī afferentes: nihil cuipiā eripiētes. Nō nunq̄ tñ indifferenter po-  
nuntur. Verum ut sentio Continentiæ poteris dare nomen abstinentiæ:  
potiusq̄ ē diuerso. Illud enim specialius uidetur: hoc generalius: quare ri-  
te continentia uocatur abstinentia.

Accæpi calamitatem dicimus. accæpi cladem. accæpi damnũ. accæpi iniuriam. accæpi cõtumeliam. accæpi repulsam. accæpi uulnus. quod nunq̃ fere aliter dicimus: nō sustinui: nō p̃pessus sũ uulnus. sed fere semp accæpi: nisi more poetico. ut apud ouid. li. ii. met. Nullã patiere repulsam. Et Cicero: quum dixit: In domũ multiplicatam honoribus non solũ repulsa retulit: sed et ignominiã & calamitatẽ: minime cõt̃ra hoc p̃ceptũ fecit.

Acceptilatio: uide fero tibi acceptum:

Accerso uel arcesso utrunq̃ pro eo ad uocandum: uel uoco. Terentius in and: Obstericem accerso.

Accipio & Sumo differunt. Vnde quodã loco Valerius maximus quũ de catone censorino loquitur qui ensẽ de medijs hostibus recepit: ait ut nō coactus accipere: sed sua sponte sumere uideretur. Quare si latine nos loqui uolumus dicamus Dominum iesum carnem quidem humanam sumpsisse: mortem uero accepisse.

Accessus est aditio: atq̃ appropinquatio: aduētus: itus: Accessio adiectio atq̃ incrementũ. Accedo enim duo significat: ut accede ad ignem: idest adi atq̃ appropinqua. Et hoc calamitatibus meis uel ad calamitates meas pondus accessit idest adiunctum ẽ & increuit.

Accusare est uel apud iudices uel apud alium quẽuis: etiam apud illũ ipsũ quem accuses: significare atq̃ ostẽdere aliquem peccasse. Incusare uero reprehendere mores alterius & plerunq̃ cum querela: q̃ ab illo iniuriã affectus.

Accusatio: uide Veni in opinionem.

Aceruus minutarum pprie rerum est congeries ut frumenti: uel leguminis: uel salis. Interdum etiam aliquanto maiorum: ut aceruus scutorum: & fere generale ad omnia est. Strues autem pprie lignorum. Strages uero cadauerum interfectorum uno in loco multitudine siue humanorum siue mutoz. Sarcina utensiliũ et eoz quã ad cultũ ad ornatiũ ad cateruz usum ptinent. Res etiam nostrã domi cistis capsisq̃ cõpositas sarcinas uocamus & sarcinulas.

Acicula acus dicit: qua mulieres utuntur ad ornatum capitis. Tu uero lector aduerte aciculam esse quoz piscem quendam tenuem ac longũ. q̃ acus etiam dicitur.

Acinos inter & baccas hoc interesse puto: q̃ acini inter fructus minutiores arborum fruticum ue densius nascitur. Baccã uero dispersius & rarius Inter acinos enim numerant uas: grana hederã grana sambuci tri

buli: mali punici grana. Addo et mox & qcqd iis ẽ si mi e. Inter baccas uero fructus lauri: fructus oliuã: corni loti: myrti: lentisci: similiũq̃ non nũq̃ Acini & baccã indifferenter ponũtur. ut Virg. Sãguineis ebuli baccis minioq̃ rubentem.

Acta & gesta hoc differunt: q̃ gesta sunt i administratione magistratus: & in rebus maioribus: & ad rẽpublicam uel ad plurimos spectantibus: ut gesta alexandri. gesta pompeii. gesta cãsaris. Acta uero etiam rerũ priuatarum: & minorũ ac familiarium.

Actor dicit orator: qui agit cãm. quiq̃ gestũ uultus & corpis agit. Vnde tum ipsa p̃nũciatio: tum oratio quã habet: tũ oratio scripta. Actio appellatur. Item actor dicit comœdus & Tragœdus. i. istrio: qui agit gestus in scãna & partes comœdiã actus dicunt. Auctor ẽ tãq̃ factor: hinc & poeta & q̃q̃ alicuius operis cõditor autor dicitur. & ille qui fecit aliqd opus: q̃ egit bellũ. qui egit pacẽ: autor ẽ opis: autor ẽ belli: autor ẽ pacis. Actus & actio idẽ sunt. sicut Satus & Satio: cultus & cultio. motus & motio. nisi q̃ dicimus actionem causarum non actum: Actum comœdiarũ non actionem.

Actum est: semper in malam partem accipitur: ut actum ẽ de rep. i. respublica exticta: desperata: perdita ẽ.

Ad diem non uenit: uide diem.

Addicere ẽ in auctiõẽ. i. uenditione quã publice fit uendere. inde addicti apud ueteres dicebant: qui pratoris pronũciatione ac iussu: cum soluendo non essent creditoribus uẽdebant. & addictus morti destinatus dicit.

Cicero. li. iii. off. Et is qui morti addictus esset: paucos sibi dies commẽdãdorum suorum causa postulasset.

Adeo significat ualde. ut. Terent. Iuuenem adeo nobilem. Significat etiã in tantum: sicut Vsq̃ adeo. Vsq̃ eo.

Adiectiua magis i finitũ siue actiuũ siue passiuũ postulãt. Substãtia gerũdi um genitiui casus. ut tu es dignus habere opes: & es dignus honorari. Tu es lætus me bene ualere: & tu es lætus me honorari: Tempus ẽ gau dẽdi. locus est expostulandi. commoditas est alloquendi. Participia aut & multa adiectiua ab uerbis deriuata utranq̃ formã sibi uendicant. Sed participia iũcta i finitis dicunt se uare uim participiorum. Iuncta gerũdio: uim nominũ. ut Timetis nauigare: & nauigãdi. Cupiens discere & discẽdi. Doctus peritus promptus cõsuetus cãtare & cãtandi. Timidus cupidus auidus nauigare & nauigãdi.



Ad me spectat. i. ad me pertinet. ad mortem spectat. i. quasi respiciendo tendit. Cice. li. iiii. off. si ad extremum ad patriam res spectabit &c. Quintilianus: Et quod ad pessimum spectat euentum miserabilis sis oportet: ut amator esse uidearis.

Ad moueo manum appono manum. Amoueo manum. i. remoueo.

Adorare ab oro quod est ore precor componitur: Supplicare a plico: quod genu poplitemque aut ceruicem plicamus: quum a: potiore aliquo magnam quod precamur. Et tamen adorare sine ore hoc est sine uoce fit. non sine plicatione genuum & gestu corporis: non sine ore ac uoce. hic est quare supplicare tantum homini datur. Adorare etiam mutis. Unde Elephas & phoenix & alia quedam irrationabilia solem adorare dicuntur. nosque rebus mutis & sensu carentibus non supplicamus: sed adoratiois honorem exhibemus. ut regum statuis signis: uestibus: lris: aliisque similibus. Et precipue imaginibus picturisque tum dei tum sanctorum: tum ipsius et crucis: quam sapientes adorant: stulti et orant. Quod de cruce: idem etiam de sudario dico. ceterisque similibus. idem de reliquiis sanctorum: quorum corpora presentia adoramus: aias uero absentes oramus. Si quod autem ad hanc mutam uidemus dicimus: salutatioem utimur: non precatione: Quale est salua sancta Crux.

Adsum tria significat. primum: presentis sum. ut adsum pugnae: & in pugna. Secundum: fauco praesidioque sum. Vergilius: Modo iuppiter adsit: Tertium est aduenio: Vergilius: huc ades o: formose puer.

Ad summam & in summa: idem est quod denique seu breuiter. Quintilianus: In summa non recedo: fas est mihi Inuitis etiam parentibus pie facere. Cicero de off. ad summam ne agam de singulis. Quintilianus in hunc sensum ut solet semel: ut tibi: Ut semel omnia complectar. In eodem sensum accipit Breuiter: ut in gemis languentibus: Breuiter tamen crudelitas explicanda seuitia est. Ad summum uero refertur ad numerum. Cicero pro milone: Unus aut ad summum duo inuicti sunt: qui milonis causam non probarent. id est non plures quam unus. aut duo ex pluribus.

Ad tempus duobus modis sumitur: uno ad conditionem temporis: necessitatem: opportunitatem. Cicero pro Milone: Quam ad tempus aptae simulationes. altero ad spatium temporis: ut silebo ad annum. latebo ad tempus. i. usque ad annum: & usque ad tempus quoddam: uel in tempus: nam saepe subintelligitur usque.

Aduentare est proximum iam esse ueniendo. Ventitare uero est frequenter uenire. Victitare autem significat non frequenter uiuere: sed ueloci & quasi ui

ctu uti: ut sarmatae uictitant lacte.

Auersor tibi: sum tibi contrarius. auersor te significatione sumit a gestu. quotiens ab aliqua re quam detestamur: uultum auertimus.

Auersus oppositus opposito pectore atque obiecto. auersus terga ostendens. Unde illud tullianum: Et auersus & auersus impudicus es.

Auerto oculos mentem uel aliquo. i. oculos mentem uel conuerto. auerto oculos aut mentem. i. alicunde conuerto oculos aut mentem.

Aduocatus & patronus sic differunt: quod illud generalius nomen est: quam hoc. ut non tantum significet cum: quod alterius causam agit: siquidem quicumque adest alteri in causa officii gratia aduocatus appellatur: etsi nihil dicat. neque agat. sed quod tamen patet sit de sedere: ut Terentius in eu. Tu abi: atque hostium obscuratus: dum ego hic transcurro ad foras: uolo ego hic adesse nobis aduocatos in turba hac. Patronus autem proprie est qui agit causam: sed accusati non accusatis. & atrocinari dicitur tam uerbo quam factu: est autem ibecillioris protegeri: a quo sit procinuum: Pronus est dicitur respectu liberti Ad uotum: & Ex sententia aliquid habere: in eadem fere significatione dicitur: licet illud uideatur affectus cuiusdam esse: hoc ratiois. Quintilianus: habes ne uxorem ex animi sententia: Et alibi: Et ad omne uotum fluente fortuna lasciuit ocium.

Adulari est seruire & captare: ut fauorem emereamur quoquo modo: uel uoce: uel gestu. Tractum est apud dulos: quod est seruus. Et sane adulari serui le est: non liberale & ingenuum. assentari uero est insidiosum & conciliandam alicuius utilitatis gratia effusius & plerumque falso quempiam laudare. Blandiri autem ad tactum pertinet. & pabulationem ad alios sensus: non nunquam etiam ad animum. Quintilianus. Blandiar iudices paulisper calamitatibus meis.

Adulterium: uti papinianus inquit: proprie in nupta committitur. Stuprum uero in uirgine uidua uel committitur. haec ille & plura. In non rite iurisco sulti excipiunt stuprum a nupta: Cum etiam in quotidiano sermone sic loquamur. Unde est apud Quintilianum. Vxor marito dixit appellatam se de stupro a: priuigno Itaque alibi. Quare ego ita sentio: Stuprum esse coitum lege uetitum quod duplex est. Unus cum nupta: aut cum puero: aut cum sanguine coniunctis: aut cum sanctimonialibus. quamquam haec duo posteriora potius appellamus Incestum. alter quum uim afferimus cuilibet personae est acilla. Unde stuprare dupliciter accipitur.

Aedes in plurali pro domo accipitur: in singulari nunquam. In singulari uero & plurali pro templo. Dicemus itaque pro templo: duas tres quattuor deorum aedes duas sacras aedes. pro Domo bias ternas quaternas quas priuatas aedes

Aediles a: sacris aedibus dicti sunt: quibus curandis prepositi erant. Aeditui ab aedibus sacris: quas tuentur appellati sunt non a priuatis.



Aedificare magis ad domos hominum spectat: quam deorum nec domos tantum  
uerum etiam naues.

Aeger pedibus. & pedibus egris dicitur. Sallustius: at ex altera parte. C.  
Antonius pedibus eger in prelio adesse nequebat. Cicero: Quintilianus  
quod dixissent pedibus aegris. haec Lau. Ego addam Valerium maximum  
li. quinto dixisse: pulsu uenarum comperit cuius morbi aeger esset

Aegrescit. i. aegrior fit: Vergilius de turno: cuius augebatur aegritudo ad  
latini salubria consilia: aegrescitque medendo.

Aequalis: & aequalis: pro pari accipiuntur. ut in illo: sint pares in amo  
re & aequales. Cicero: Nos ius aequabileque aliquid utilitatis habent accē  
pei at. Iterum: Et uox reducitur in sonum quendam aequabilem atque con  
stantem. aequalis etiam saepe accipitur pro coetaneo siue coaetuo Verg.  
Aequalemque ab humo miserans attollit amicum.

Acrarium repositorium aeris. i. numerum: similitumque rerum pretiosarum  
atque opum.

Aestimare est considerare. Existimare iudicare. itaque prius rem aestima  
mus: deinde qualis sit existimamus: Cicero in uerrinis: Expeditae haec atque  
aestimate. Unde dictum: Aestimare pro taxare ab aere aeris: & Timi grae  
ce quod est pretium latine. Ouidius. lib. iiii. de tristibus. Quod quicum  
que leget: si quis leget: aestimet ante Compositum quo sit tempore: quoque loco.  
Affatim idem est quod abunde.

Affectio est animi & corporis ex tempore aliqua de causa mutatio. ut laeti  
tia cupiditas metus molestia morbus debilitas. & alia quae in eodem genere  
reperiuntur. Affectus proprie apud nos dicitur quod graeci uocant pa  
thos. ponitur etiam saepe affectus pro affectione.

Afficio: uide facio tibi iniuriam.

Affore ut alia composita a fore: fere nuda ponuntur sine nomine & sine  
participio. ut Virg. Affore cernetis. Staius tamen. li. i. th. uidetur accipe  
re pro significatione praesentis. sensit manifesto numine ductos Affore: quos  
nexus ambagibus augur appollo portendi generos uultu fallente fera  
rum Ediderat. Defore: Marcus Tullius: uerum arbitrabantur non de fore  
qui illam restituerent. Confore & Profore apud comicos. horatius ite:  
Quae nocere sequar: fugiam quae profore credam. i. profutura esse.

Age singularem numerum desiderat. Agite pluralem.

Agedum uero non singularem tantum: sed etiam pluralem: & in carmine  
& in prosa. Tu uero lector aduerte dici etiam agitedum sed in plurali se

per. liuius. li. vii. Agitedum ite mecum.

Agere gratias est uerbo: Habere gratias est in animo: quum memorē ac  
cepti beneficii mentem animamque laetio: & iuicē gratificandi uoluntate. Referre siue  
reddere gratiam uel gratias: utrumque enim dicitur: est factum & dictum: Nam  
dicendo non nunquam profumus aequae atque faciendo. Dicimus item ago gra  
tes: sed saepius apud poetas: qui necessitate uersus agere gratias dicere non  
possunt. Cicero libro sexto de re publica. aliquantoque post suspexit ad celum: &  
grates inquit tibi summe sol ago: uobisque reliqui caelites.

Agere delectum: uide Deligere.

Agere ducere est: Unde Caius inquit. Ferri proprie dicimus quae quisque cor  
pore suo baiulat. Portari ea quae quis iumento secum ducit. agi ea: quae ani  
malia sunt. In hoc ipse Caio assentior: nisi quod portare est etiam suo corpore  
interdum etiam magis quam ferre. Terentius in and. quo puerum portas: hora  
tius ne forte sub ala fasciculum portes librorum ut rusticus agnum. age  
re autem non uno modo dicitur. Sed de uno tamen non tacebo. Martialis. li. i. ep.  
Semp agis causas: & res agis attale sp. Est non est quod agas attale sepe agis.  
Si res & causa desunt: agis attale mulas. Attale nequid agas dicitur: agas ani  
mam. Calius ad Ciceronem: hortensius quum has litteras scripsi animam  
agebat. i. expirabat.

Age uero. sane uero. Enim uero. Iam uero. at uero. dicitur. age autem: Sa  
ne autem: Enim autem. Iam autem at autem: non dicitur. haec lau. Tu  
uero in nostra lima leges Iam autem recte dici.

Agricolare. Optima res est agricolare recte dicitur optima res est agri  
colandi: dicitur non recte quia sic illud resoluitur: agricolare est optima res  
hoc resolui sic non potest: agricolandi est res optima

Aggregabo te illis: uulgo dicimus. & cicero ait agregare te solco in nume  
rum nostrum.

Albani ex oppido alba in latio. Albenses ex oppido alba ad lacum fu  
cinum: qui a quibusdam albani dicuntur.

Aliquis. Quisquam. Quispiam. Vllus. idem significat. Vllus tamen quo  
dammodo claudicat: nec fere citra negationem: quasi citra baculum ingredi  
potest: nisi interrogatiue. ut uocat me ullus: aut subiunctiue: ut si ullus me  
uocat: Nunquam plane: affirmatiue: sicut illa superiora.

Alleuo: uide leuo.

Alludere est: quum aliud dicimus ad aliud latenter Referre sententiam. Ut Vir  
gilius: actiaque iliadis celebramus littora ludis. dum. n. narrat ludos ancae



alludit ad augusti uictoriam: qua contra antonium i his locis potitus ē. Alter de duobus dici: alius de multis notū est oibus. licet nō omnes recte utantur: Macrobius i sat. Cum igitur asseruerimus quattuor i corpore fieri digestiones: quæ altera pēdet ex altera. dicēdū erat: quæ alia pēdet ex alia. plynius quoq; iqt d formicis. li. xi. Quā ex aduerso cōuehūt altera alterius ignara. Quā dicamus aliquñ sic loqui esse pmissū. E diuerso nō nunq; de duobus dicimus alius: nec dicet alter possumus. ut dubitatur uter excellat Salustius an liuius: & alius aliū pponit: non autem alter alterū aliquñ accipit alter p secūdo ex duobus pluribus ue. ut unus alter tertius qrtus. & hic ē alter ānus belli punici. i. secūdo ānus ab origine belli. Ego altero mēse r̄pudiaui uxore. i. secūdo mēse a ductōe uxoris Altilis auis. altilis piscis. altilis quadrupes: qui sagina altus siue alitus est: atq; saginatus.

Aluearium tam & si pōt dici locus ubi sunt aluei apum: tamen potius accipitur pro copia alueorum eodem i loco collocatorum ac mellificantiū Amanus inter nos. amatis inter uos. amant inter se: Non autē amamus nos inter nos &c. Cicero ad fratrem: pueri ualde inter se amant.

Amare plus est q̄ diligere: Cicero ad brutū sic igit facies. & me aut amabis: aut quo cōtētus sū diliges. Adamate ē amatorie amare. ut Quint. Oēs m̄res liberos suos tanq; adamauerit amāt.

Amator i malā partē. amicus in bonam: accipitur. Terentius: here puta uihūc pamphilū amicum: amatorem: uirum: Vbi ne putares amicum accipi i malā partem: adiecit amatorem. sed apud p̄sam hoc obseruatū semper inuenies: apud poetas fortasse non semper.

Amatorium genus ueneni amorē uel insaniam ingerentis.

Ambitio i aīo est: ambitus in actu. nam qui prater modum cupit: aut honores: aut laudem: ābitione peccat. Qui uero dilargitur pecuniam suā aut populo muneribus ludis q; blanditur: aut ceteris artibus: quæ legitimæ nō sunt: ad publicos honores tendit ambitum cōmittit. Cuius similis quam hodie simoniam uocāt a simone mago: nisi q; hāc tantum in rebus sacris uolunt esse.

Ambitus ab ambio uenit: illa aut omnia: quæ ambitus facit: ambitio facere compellit. a: qua ambitiosi dicuntur: non ab ambitu.

Animans gēris est fœminini. ut Cicero: Requirit atq; appetat: ad qual se applicet sui generis aminātes. In plurali tamen etiam neutri generis inuenitur: nō nunquam in singulari.

Animaduerto i te: est punio te. Animaduerto te: id est intueor. Punire autem est quoruncunq; siue iure: siue iniuria. animaduertere est citis qui in alterum habet potestatem ordie ac rite. i. cum animaduersione punire. Sed hoc modo refert ad p̄sonas. Animaduerto uero te: pro stueor: ad rem & ad personā referri potest.

Animosus. i. habens in se uehemētiā ac copiam animi. sic i geniosus seditiosus & similia in osus: a noīe descēdētia.

An & aut cōiūctioes sunt. Quūtiliāus inqt Male tamē interrogas hic aut ille sit. sed pleriq; multis iā seculis peccauerūt ac peccāt. Si diligētius aduertisset: nō in aut sed i an it̄rogationē cōsister̄ dephēdisset. ut apud Ciceronem: an uero romulus ille: aut pastores: aut cōueas cōgregasse aut sabinox cō nubia cōiūxisse aut finitioꝝ uī r̄p̄cisse eloquētia uideēt Non est hic multiplex it̄rogatio: quasi de horum singulis interroget̄ sed duplex sic: nunqd romulus hec oīa fecit eloquētia: an nō fecit.

Annulus puer. annicula puella. anniculum iumētum. hoc est unius anni. sicut bīus bima bimū idē duoz ānoz. Trimus trima trimū triū ānorum. Quadrimus. a. ū. quattuor ānorū & non amplius. Nec de animalibus modo sed de inanimatis. ut anniculum uinum bimū oleum. De Pueris tamē magis loquimur per diminutiuum bīmulus Trimulus quadrimulus. quia it̄ra hos annos adhuc parui sunt.

Annona: uide penu.

Annuus eodem modo dicimus: quo diurnus. spatium diurnum. spatium ānuū. Vnius diei. Vnius ue āni. Annuus quoq; quomō. Quotidianus febris quotidiana est: quæ singulis diebus uenit & annua sacra. i. quæ fiunt singulis annis.

Annuatim aduerbium est ab anno. quo plynius li. ii. utitur. dicens. herodoto: teste qui tradit singula milia talentū annuatim turis pensitasse arabes regibus persarum.

Antehac. i. ante hoc tempus. post hac. i. post hoc tempus.

Ante lucem dicimus si diluculum significamus. Nanq; ante diem pro āte t̄ps dici solet. Vel ante sextum calendarum nouēbrium. i. sexto die ante calēdas nouembris. Dies autem pro tempore semp est. f. g. ut ipsa dies facit hominē prudentem. Vnde p̄dianus uult fieri Dieculam pro paruo tempore.

Antiqui. Senes uocantur quantum ad priuatam ipsorum uitam q; usq; ad senilem ætatem uixerunt. Vetres quantum ad publicum tempus.



q̄ alia etate uixerunt: etiam si ad senium non peruenerint. Antiqui utri  
q̄ dicuntur: sed magis ueteres q̄ senes.

Antonias̄ter & fuluias̄ter. i. antonii & fuluii imitator. In aster enim huius  
modi nomia imitationem potius q̄ diminutionem significant. Surdas̄ter  
autē & Recaluas̄ter diminutionem significant. Surdas̄ter enī nō plane  
surdus est: sed ut sic dicam surdulus. & Recaluas̄ter qui fronte calua est  
nō toto capite: quasi recaluatulus: quod est diminutiuum.

Apertile latus: quod apertum ē ouidius d̄ trist. Aspicias a dextra latus hoc  
adapertile tauri. Tu tamē uideto in lima n̄ra.

Apialtrum: Mentastrū: idest apium & mentam imitans: ea enim quæ fa  
ciunt in aster imitationem potius significāt q̄ diminutionem: ut oleas̄ter  
pinas̄ter. imitans oleam & pinū. Videto tamen limam.

Apparare: & præparare ita differunt: q̄ præparare est antea parare: quæ  
sibi utilia sunt: aut fore credit. Apparare ad dignitatem quandā ac ueris  
us pompam. Ideoq̄ oratores præparant quibus optinere cām possunt.  
ac prohemiū apparatus̄ reprehenditur: q̄ plus pompæ atq̄ ostentatiōis  
habet q̄ utilitatis habere uideatur. Apparatus autem uidetur significare  
utrūq̄: ut apparatus belli: quasi præparatio.

Appendere idem est quod suspendere: ut appēdi uuas. Item ad lancem  
statheram ut ponderare. Cicero in Antoniū: ut iam appendat̄ pecunia  
non numeret̄. Perpendere ē exacte ponderare atq̄ examinare. Cicero:  
Quid in amicitia fieri oportet: quæ tota uirtute perpendit̄! Expendere  
eiusdem fere significationis ē. Idē in Verrē: Deinde hæc expendite atq̄  
æstimate. Impendere at̄ ab ip̄e deo ē supra caput iam iā casurū pendere  
ut nubes impēdēt.

Appeto cū affectu: Expeto cū ratione: Appeto qualiacūq̄. Expeto hone  
sta: planeq̄ bona. inde deriuat̄ appetitus: qui immēsa & imoderata cu  
piditas dicitur.

Apud te: & penes te differunt. ut enī Vulpianus ait: Penes te amplius ē: q̄  
apud te. nam apud te ē: qualitercūq̄ a te tenet̄. Penes te ē: quod quodā  
modo possidet̄. Nōnūq̄ etiam loco seruit. Cicero ad her. Sed penes scæ  
nam. i. apud scenam.

Aquatile animal in aqua degens dicitur.

Aquosum quod habet in se uehementiam: ac copiam aquæ.

Aratio non actionē mō: sed rē et ac corpus significat: sicuti oīa in io: a su  
pinis profecta: ut possessio sessio. Cicero in philip. hæc quondam aratio  
nes cāpani & leontini agri populi ro. p̄rimonio grandi fere & fructuose

ferebatur. idest hi agri ad arandum idonei. Idem in eisdem: quid posses  
siones datas quid ereptas proferā. Idem de oratore. Tot locis sessiones  
gymnasiorū. i. tot sedilia. Ea tamen quæ sunt Inus pro p̄sonis accipi solent  
Conuentus enim non est cōuentio: sed hoīes qui in unum locum conue  
nerunt. Confessus non est confessio: sed hoīes uno in loco confidentes  
Argentaria locus argentarii: quod nomē q̄dam pro artificio accipiunt.

Argentarius aurifex. qui idem est artifex. atq̄ ita est in hieremia. Titus at  
liuius: Cicero: Quintilianus: cætera q̄ oīs antiquitas pro his accipiunt:  
qui uulgo campores dicuntur. non illos dico minutos. qui Numularii &  
Mensarii a nobis: Colyuis̄tæ a græcis dicuntur qui iidem trapezita uo  
cari possent: Nam Colyuis̄tæ trapezas habent. sed plautus in curculione  
Trapezitam & argentarium pro eodem accipit.

Argutus qui est acuta quadam & accurata solertia quasi acute arguens et  
uestigans: non autē ab altero acute intellectus & uestigatus.

Armarium ubi reponuntur libri: cætera q̄ huiusmodi.

Armentum: uide Grex.

Armamentarium ubi reponuntur armamenta & arma.

Armiger est qui in prælio gerit tela domini sui: ut scutum & arcum: ut lan  
ceā & cætera huiusmodi.

Arundinaceus ex materia arundinis.

Aruum sementi datur: Salustius quia numidæ pabulo pecoris magis quā  
aruo student.

Asciscere est remotum aliquid quasi scite uocatum capere. Cicero de ora  
tore: Expertes esse prudentiæ: quam sibi asciscerunt. Desciscere est ab im  
perio ductuq̄ alterius se subtrahere. ut milites ab duce: populi ab domi  
no. Consciscere fere ad mortem pertinet. ut mortem sibi ipse consciuit.

Ascriptitius homo: qui ad aliquam rem ascriptus est. Ascribi se ī eam ciui  
tatem uoluit inquit Cicero pro archia. Et pro eodem. Cum fuerit ī aliis  
quoque ciuitatibus ascriptus. Idem in philip. Tu uero ascribe me in talē  
numerum. Idem pro rabirio: Siquis hunc reprehendendum putat ascri  
bat ad iudicium suum non modo meam sed huius etiam ipsius qui cō  
misit sententiam. Item contra rullum: Illum sibi collegā ascribes. Tibi  
hoc ascribendum est. i. tibi tribuendum & imputandum.

Affectari uide Deduco.

Asseuerare est inter ipsa argumenta probationisq̄ admiscere uim animi:



neſq; admiscere uim animi: morumq; qđ. declarat Quintilianus: quū inquit: Altera ex aſſeueratione probatio eſt. Ego hoc feci. tu hoc mihi dixiſti: & o facinus indignum. Et alibi cum preſertim quorundam probatio ſola ſit in aſſeueratione & perſeuerantia.

Aſſidere: uide Sedere.

Aſſumere eſt multū & pene nimium ſibi tribuere. Cicero in off. ſi id mihi aſſumo: uideor id mihi meo iure quodāmodo uendicare.

Aſſurgunt ſani ut ſtent: aut ut obuiam eant: aſſurgunt aegroti ut ſedeāt: aut ut cubito inſtantur. Vt adueniēti magiſtratui omnes aſſurgimus.

Aſt pro at: oratores non utunt: eſt enim poetarū: aſt nanq; longa eſt At adiungit quomō ſed cū tamen: licet alterū eorū ſufficeret. Significat

At non nunquam idē quod ſalē: ut ī illo Virgiliano. At meſapus erit. Attramentarium uaſculum quod continet atramentum.

Auctio eſt uenditio quādam in publico ac loco celebri: & hinc auctio nari publice & fere ſub haſta uendere.

Audiendus non eſt: idem eſt quod audiri non debet.

Audio & ex audio indifferentes ponuntur pro duplici ſignificatiōe. Vna pro eo quod eſt auribus accipio. Altera pro eo quod eſt audita petenti cōcedo: ut uifa ſum audire uocem miliū. Et uox quoq; per lucos uulgo exaudita ſilentes. Item audiit & celi genitor de parte ſiniſtra Intonuit leuū. Et nulli exaudita deorum Vota preceſq; mea.

Auditorium locus ubi audimus præceptorem: aut orantem non in uera cauſa: ſiue opus nouum recitantem aut ſi quid ſimile eſt. uel ipſa turba atq; ipſe cœtus auditorum.

Audiui te ut ceteros aſſuiſſe in plio. i. audiui te aſſuiſſe in plio: ut audiui ceteros aſſuiſſe. Audiui uero te aſſuiſſe in prælio ut cæti: ſub itelligit audierit

Auis eſt: quæ qua parit. penniſq; eſt prædita præter unum uel pertilionē q; utroq; caret. q̄tuorq; pedes hēt. Volucris ē q̄cūq; uolat: nec auis ſolū ſed illæ bæſtiolæ quoq; minutiores ut apes ueſpa culex muſca cicada &c.

Auricula chartilago illa eſt circa aurium concauitatem.

Auſculto te: audio te. auſculto tibi obtēpero tibi. Sum audiens te q; te audio. Sum audiens tibi: q; tibi obedio.

Auſpex dicebat: q; præerat nuptiis celebrādis. q; auſpiciū p nuptiis capere ſolebat adhibebatq; hic p pte mariti. Pronuba uero quæ præerat nuptiis celebrādis p uxore. Aliquādo ē magis pprie p eo q; dux militiæ ē ut primo Car. horatius. Nil deſperandū te uero duce & auſpicete uero.

Auſpiciū eſt uel a paſtu auiū: uel ab inſpectione auiū. Sed quia conſue anteaq; iret in expeditionē capiebat auſpiciū: hinc factū ē: ut dicamus auſpiciā ductum atq; principiū: quæ a ſolo duce capiuntur. & hinc auſpiciari non modo auſpiciū capere: ſed etiam incipere: nec in bonā tantū partem quod frequētiſſimū eſt uerum in malam quoq; ut apud plyn. at hō ī feliciter natus manibus pedibuſq; deuinētis aial. cæteris imperatorum a ſuppliciis uitam auſpiciat. Dicimus præterea haud auſpiciato me huc at tuli: id eſt non feliciter: quaſi auſpiciis repugnantibus. Itē ī auſpiciata bella. i. infelicia. auſpiciata uero felicia. Quintilianus de achille: aut principē græciæ uirum in ultionem interfecti amici inauſpiciata bella geſſiſſe. Et alibi: Ita q; ut apud illos homerus ſic apud nos Vergilius auſpiciatiſſimū dederit exordium.

Autem: uide uero.

Autorare: uide in lima.

Auxilium do: feroq; dicimus. Opem do non dicimus ſed fero.

Axilla diminutiū eſt ab ala: ſicut maxilla a mala.

B

**B**aculus diminutiū habet bacillum. Cicero li. ii. de finibus. bacillū aliud inflexum aliud ita natū. Reperit tamē primitiū & in neutro ut apud Ouid. li. xv. met. Eſſe ſolet baculumq; tenens a greſte ſiniſtra.

Baccæ: & acini quo differunt uide acinos:

Beatus qui rebus oibus ad uitæ uſum ornatūq; ſpectantibus abūdat. itaq; locupletes ſæc hoies beatos uocamus. Felices oium bonorū cōpotes ſt Bellū eſt tū ipſa pugna: tū totū tēpus quo ī militia ſumus. quā illitterati guerrā uocant. Prælium ipſum tantūmō armorū certamē. Nā & pugna certamenq; ēt citra arma ſit. Interdū etiam nudis uerbis.

Bene mecum agitur idem eſt quod in bona conditione ſū: Idē præclarè te cū agit. Optime cū illis agitur. Melius cū hominibus ageretur ſi paruo cōtenti eſſent. Ita male mecum agitur: ac peius incommodiſue. & peſſime. Non nunquam etiam actiue. Valerius maximus li. v. bene egieſſent atheniēſes. cum milciade &c. actum eſt ſemper in malam partem accipitur: ut actum eſt de rep. i. reſpublica extincta deſperata per dita eſt.

Bene habeo: bene habes. id eſt bene ualeo: bene uales.

Bene non nunq; pro ualde ut cicero: habetis orationē bene longā. Quintilianus: bene ſudantes: beneq; comitati p forū reducuntur.





**Beneficiarius** qui beneficium accepit.

**Benedico** unius uocis dñm postulat: sicut Maledico more tamē greco-  
rū hoc tempore præter naturam suā dedimus his uerbis accusatiuū. **Be-  
nedico** autē duoz uocum & aliud significat: & aliter regit.

**Betaceus** ex materia betæ

**Bimus**. ma. mū. idest duoz annoz. Vide **Anniculus**.

**Bonū** generale nomen est: honesta pariter atq; utilia complectens. ut bo-  
nū animi bonū corporis bonū fortunæ. bonitas uero non ut multi opinā-  
tur idem utiq; quod bonum honestum: sed idem quod benignitas. a prio-  
fit bonus uir. bonus seruus. bonus iudex. i. iustus & exequēs officii sui ab  
hoc bonus pater. bonus dominus. bonus deus. bonus æneas. hoc est be-  
nignus & clæmens.

**Buccam** & **buccas** pro eodem accipimus. **Oratores** frequentius ī singula-  
ri. Vnde illud usitatum: dicā quicquid in buccam uenerit. idest in os. sed  
non in labra: ut uulgus existimat. **Quintiliano** pbāte: qui ait. Ore enim  
magis q̄ labris loquendum ē. **Os** autē ē ipsa cōcauitas unde uox prodit:  
non ora labrorum. Et enim **iuuenalis** quū ait bucca foculum excitat: nō  
de extremitate oris: sed interiori parte dixit: quæ inflari solet uentūq; cō-  
cipere. Et iterum de **Tubicinibus** loquens notæque per oppida buccæ:  
de illa informi utrinq; inflatione intellexit tubam inflantium: non de la-  
bris. quæ latent: quum tuba canit. Nam **horatius** quoque quum inquit:  
Vti **uppiter** ābas īstatus buccas nō de labris locutus ē quæ inflari nō pnt.  
Quod **plautus** apertus docet: Nescias utrum maiores buccæ an mā-  
mæ fient. Et **plinius** inquit: buccarum sinus. Item buccarū īmanitas.

**Burdo**: uide **Mulus**.

**Blandiri**: uide **adulari**.

**Bractea** tenuis ē & sua sponte plicabilis. ut ex auro argento. auricalco. la-  
mina uero crassior est. tam ferrea tam area plumbea. stannea quam au-  
rea argentea. electrea. aurichalcea. nec crepitat ut bractea præ tenuitate  
Interdum tamen ita tenuis est bractea ut crepitare non possit. ut illa ex  
qua fit aureatura & argentatura. Hæc lau. Tu uero uide etiam in lima  
nostra.



**Acebs** non tam qui caruit semper uxore: q̄ qui nunc caret. &  
inde calibatus.

**Calamarium** quidam usurpant pro theca calamaria: in qua ca-  
lami reconduntur. Sed quia hoc tempore pleriq; penna scribūt

**Calamarium** quidam usurpant pro theca calamaria. ī qua calami recond-  
duntur. Sed quia hoc tēpe pleriq; penna scribūt: potest etiā dici pēnariū  
ut thecā calamariam: & thecam graphiariam.

**Calcaria** ubi calces coquit.

**Calceariū** pro calceis: ut cibaria pro cibis.

**Calet** idem quod calidus est.

**Calefcens** pro calefcēs: quanq̄ ne in simplici quidem suo reperitur fcēs: nec  
quod ab hoc formarctur fiendum.

**Calumniari** est falsa crimina itendere. **Præuaricari** uero uera crimina ab-  
scōdere. **Tergiuersari** in uniuersum ab accusatione desistere. Ita **martia-  
nus** scribit. quia ait accusatorū temeritas tribus modis detegit: & tribus  
pœnis subiicitur. aut enim calūniatur. aut præuaricatur. aut tergiuersat  
**Calumniari** est. & cætera ut supra.

**Cameli** significatio non modo ad marem sc̄emināq; pertinet: ut passer  
ut aquila. sed cum genere sc̄eminino non nūq̄ iungi inuenitur. ut came-  
los sc̄etas: quale est bos: ut apud **Verg.** Ille meas errare boues.

**Camparius** custos exercitator ue campi.

**Campus** est planities terræ āpla & grandis. ideoq; spatiosæ plateæ: aræ  
ue cāpi nomen acceperūt. Vnde romæ **Cāpus martius**: Nā locus huius  
modi angustior uocatur area.

**Candet ignitum** est inquit **Nonius**. **M. Tullius**. de off. Candente carbone  
adurebat capillum. **Candet candidum** est. **Virgilius**. li. iiii. æn. **Canden-  
tis** uaccæ media inter cornua fudit.

**Capere** significat uel sponte: uel non sponte accipere. **Sumere** tantum  
sponte.

**Capesso** eo ad capiendum: uel capio.

**Capio spem** de te. **Concipio** de illo spem. **Ducor** in spem huius negotii.

**Vocor** in spem. **Ingredior** in spem. **Non** tantum spei firmitatem signi-  
ficat: quātum colloco in te spem: & repono in te spem. **Cice**. in quo ma-  
iores natu spem dignitatis suæ collocarant. **Quintilianus**: In quo spem  
unicam senectutis reponebam. De capio uide etiam **Captus sū**.

**Capitale odium**: quod caput & uitam petit alterius. Item capitale sup-  
plicium. capitalis morbus. qui caput alterius petit. **Capitalis** autē homo

**Capitale uitium**. capitale peccatum non q̄ petat alterius caput. sed cui-  
us caput: aut propter quod caput cōmittentis peti debeat ad pœnam  
**Captus sum oculis**: pro orbatus sum oculis: nec unquam reperias nisi in

b



passiuo: & nūq̄ fere nisi de ocul' dici: similibusq̄. Dicimus itē captus sū  
amoenitate loci: dulcedie uocis. specie. mulieris. amore pecuniarū. spe  
honorum magnitudine sublimitateq̄ materia. Captus sum delectatiōe  
& capi delectatiōem. uix unq̄ delectatio capit me: sed ī passiuo potius  
ut dictum est. Dicitur praterea misericordia capit deos non dii. miseri  
cordiā. capio dolorē tamē potius q̄ capit me dolor. nō q̄ n̄ possumus  
etiam sic dicere: sed quia habemus alium ī usu modum magis pprium.  
Tenet me dolor: sicut tenet desiderium. Item capi indignationem cepi  
siue cōtraxi molestiam: potiusq̄ capit me indignatio: cepit me molestia.  
contra capit me tedium: capit me odium. capit me obliuio: potiusq̄ re  
trorsum. Recte autē dicitur capi uoluptatē: & capit me uoluptas.

Caprarius custos caprag.

Caritas species est: Amor genus. Amor ad oīa ptinens. caritas ad hoīes  
Maxima quidē caritas debetur parētibus: proxima filiis: & deinceps re  
liquis. caritatē etiam p̄ penuria accipimus: sed frumētī quidē & anone  
caritatē dicimus. Penuriam uero uini: aquae pabuli: pecorū: uiroꝝ: ces  
terarumq̄ huiusmodi rerum. Vel penuria est ut sic dicam: carentia om  
nium rerū. caritas uero quae cōtraria ē fertilitati. Ideo plynus iunior ait  
Accessisse agris suburbanis caritatem.

Carnarium non locus est ubi caro salsa suspenditur: sed caro ipsa: nisi cō  
tentum pro continente.

Carptim hic & hinc decerpēdo: nō ipsā seriem seq̄ndo.

Catuli sunt ferarū: siue imaniū siue mitiū. nā & catulos murium legimus  
Pulli uero pecudū. Foetus autē & piscium: quā q̄ & hoc generalius no  
men est Vnde foetificare pro parere. & foetura pro partu ad omnia ani  
malia muta pertinet. ceruorū Hinulos dicimus: capreolorum. capreaz  
damarum leporū. similibusq̄. catulos quoq̄ serpētū imaniūq̄ pisciū  
q̄ non edunt oua. proprie tamen catuli sunt filioli canum. Verg. Sic cani  
bus catulos similes. cicero de diuī. Erat autē mortuus catellus hoc noīe

Cateruatim per diuersas cateruas.

Caue ne uide Negationes.

Cauillatio est subdola ratio: quam nos conscii nobis mendacit̄ uincen  
di tamē causa proferimus. in hūc sensū semper iuris consulti usi sunt: &  
Quintiliani fere seculum. cicero autem pro genē quodam facetiarum  
ceterarum caius sentire uidetur. idem esse calumniari & cauillari: quod n̄

sentit Martianus tantū accusatori tribuens calūniari: quū ait: calūniari ē  
talsa crimina intendere.

Caupona cauponis taberna: & ea quae uinum uendit. Quidam malit  
dicere coponam pro loco.

Causa mea uenisti: & causa mei. Vide Mei.

Causari est causam rei gestae afferre. aliquando pene quod excuso. Ver.  
causando nostros in longum ducis amores. i. causas afferendo. Vulpia  
nus: Nequis causari possit ignorantiam litterarū. Et alibi: Causari tē  
pestatem: uel uim fluminum. Vbi liceat dicere excusare ignorantiam li  
terarum. & excusare tempestatem & uim fluminum.

Cautus qui scit sibi cauere: nō cui cauetur. non nunq̄ rescui cauetur. Ut  
p̄ cecina cicero. Quo res mulieri esset cautior.

Caedula: a: caedes diminutiūm est.

Cedo tibi. unde & concedo tibi: pro non repugno tibi. facitq̄ preteritum  
cessi. cedo te pro flagello te. cuius preteritum est cecidi pro flagellauī &  
supinum cæsum. Vnde cæsus uel qui flagellatus: uel qui amputatus est  
siue occisus. Raro pro occido hoc uerbum accipitur. cicero in philip. cæ  
dit greges armentorum.

Celebris semper passiuē ponitur: tam ad rem q̄ ad personam relatum:  
ut locus celebris q̄ celebratur. homo celebris: q̄ cum honore celebra  
tur & colitur. propter quod in hanc ducor opinionem ut locus celebris  
proprie sit honoratorum frequentia cultus: quod ex uocabulo hinc de  
ducto probatur: quod est celebritas. quae tum hominum coetum hono  
raturum declarat tum dignationem ipsam atq̄ honorem. Non ita autem  
frequens neq̄ frequentia: quo nomine qualiscunq̄ hominum multitudo  
significatur. de quo latius in dictione frequens.

Celo te hanc rē. Et celo te de hac re.

Censor qui censuram gerit.

Censorius denominatiūm est a censor. idest qui censuram gessit.

Centenarius lapis: idest centum librarum. centenarius homo: q̄ habeat  
centum annos. grex centenarius idest centum capitum. Dicimus tamē  
centenarium numerum librarum: annorum similibusq̄. Ideo recte dici  
mus centenarium numerum annorum ingressus est. Non autem cente  
narium annum. Item septenarium: duodenarium. millenarium nume  
rum annorum & similia.



Cerebrosus a: pueris cerebro uocatur. Unde horatius. Donec cerebro  
sus prosilit unus. id est insanus & peruersi cerebri.  
Certamen etiam citra arma fit interdum etiam nudis uerbis. sic etiam  
pugna.  
Certe modo affirmat: modo pro saltem accipitur. ut non potero tangere  
certe potero uidere. uel At certe. praeterea certe coniuncta cum coniu-  
ctione Et: semper affirmat. ut cicero: Et certe contra caesarem egressus  
armatus. certe coniuncta cum scio similibusq; uerbis solet mutare: eī o.  
ut certo scio: sicut dicimus manifesto: pro manifesto. Aperto p apte. ligdo  
pro ligde. Tuto pro tute. & similia.  
Certum est: non modo pro manifestum est: sed etiam pro deliberatum  
& constitutum est: In quo secundo plerumq; adiungitur datius cum in-  
finito ut certum est mihi ire in hispaniam: Non nunq; datius sub intelli-  
gitur. ut apud Verg. certum est i siluis inter spelaea ferarum Malle pati:  
id est mihi  
Cervix posterior colli pars: unde origo est. omnibus nervis. Iugulus an-  
terior: unde uox halitusq; procedit. Collum omnes partes i solidum cō-  
plectitur. Et quoniam nervi qui corpus erectum rigidumq; faciunt in cer-  
uice sunt collocati. dicimus hominem durae cervicis: quasi indomabilem mor-  
ferocium boum:  
Cesim per incisiones gladii: siue incidendo.  
Cibaria pro cibis.  
Cicercula nomen leguminis. est autem a: cicero.  
Cicum: uide pecus.  
Cicures: uide pecus.  
Cicurare: uide pecus.  
Cilium antiqui extremae ambitum genae superioris uocauerunt. unde sup-  
cilia. quod plinius scribit.  
Circumspectus est: non qui circumspicitur. quem solemus appellare cō-  
spicuum: sed qui circumspicit: & in omnem partem spectat. hoc est pru-  
dens & sagax.  
Circūsto: & circūstisto: utrumq; facit circūsteti. sed primū p circūdo. alte-  
rū p iuado & irruo: & quasi terrificatione aggredior. Vergilius: circun-  
stant animae dextra leuaq; frequentes. Idem: At fessi tandem ciues in-  
fanda furentes Armati circūstistūt. Et alibi At me tum primū saeuus cir-  
cūsteti horror. Non nunq; etiam ut circūsto accipitur.

ut cesar in com. Et mercatores in oppidis uulgius circūstetit.  
Citra pro sine aliquando. ut quum dicimus: plus usus sine doctrina. q̄ ci-  
tra usum doctrina ualet.  
Coctiles lateres qui cocti sunt: & non crudi Nomina enim quae exeūt in  
tilis uel in silis: uel in xilis: similitā suis participiis unde nascūtur signifi-  
cationem habent. ut uas fictile: quod fictum est a: figulo: non quod fin-  
gi potest.  
Coenaculum locus ad coenandū in loco superiori. Coenatio locus ad coe-  
nandum sed in imo potius. Verumtamen coenaculum non tam . pro  
loco coenandi: q̄ pro parte domus superiore accipitur. quae frequenter  
hospitibus ad habitandum locari solet: qui totam domum cōducere nō  
possunt. Et parte in feriore siue illa taberna: siue officina sit non ha-  
bent opus. cuius rei proferrem exempla: nisi abunde Varro sufficeret.  
dicens: Vbi coenabant: coenaculum uocitabant postq̄ in superiore par-  
te coenitare coeperunt: superioris domus uniuersa coenacula dicta: post  
q̄ ubi coenabant plura facere coeperunt.  
Coepit eū penitere: posset te pigere: Desinet me tederē sepius dicimus: q̄  
coepit ille poenitere posset pigere: desinam tedere.  
Cogito & ex cogito diuersa sunt. añ enī est cogitare: deinde excogitare.  
licet non quicumq; cogitat statim & excogitat. Vide plura in uerbo ex-  
cogitare:  
Collibertū: collibertaeq; dicimus. quemadmodum cōserui cōseruae q; . q̄  
ii plures sub umbra unius patroni sunt: sicut illi sub Imperio unius domi-  
ni: Non autem dicimus colliberū: aut coingenuū. Ad nullā . n. alterā  
priuatā personam plures horū referri possunt. De libertis uero & liber-  
tinis latius In dictione liberti uideto.  
Collis est ut ita dicam monticulus: siue per se & a monte separatus. Siue  
pars montis. Iugū ut ita etiā dicam ipsa arduitas montis. & procliuis ac  
prona supinitas: cui similis ē in colle. Cliuus tamen mollis magis & clā-  
mens: ut cliuus capitolinus: cliuus montis auentini. Promōtorium mōs  
est in mari prominens.  
Colyuista a graecis dicuntur: qui idem Trapezitae uocari possent: Nam  
colyuista trapezas habent. A nobis Numularii & mēfarii qui a grecis  
colyuista dicuntur. Colybos nummus dicitur. Inde Colybiestes nummu-  
larius. Videto tamē plura in dictione argentarius.  
Columus p materiato dī illius arboris: quae corylus dicitur.



Comes comiti raro dicitur: Socius socio dicitur. Namq; socius est par. comes uero minor: quippe qui sequitur & ducem habet. est item comes qui utcūq; sequitur alterius dictum: Socius uero plerūq; in negociis seriisq; rebus: & fortune arbitrio subiectis. Sodalis autem proprie est in rebus leuioribus ac saepe uoluptuosis. M. Tullius. Epulabar modice cum Sodalibus: Sodalitates. n. me questorū sūt institutae. Caius autem Sodalibus inquit: qui eiusdem collegii sunt: A quo nō sane discordat apud M. Tullium Antonius: quū Norbāum questorem suum apellat Sodalē

Comis est benignus homo & facilis: qui aliis non grauate Inseruit

Comitari minorum potius est erga maiores.

Commeatus in singulari tantum est pro facultate ad tempus militia: ab alioque ministerio recedendi: quam prebet militi imperator: praepositus uel inferiori: eundiq; quo uelit: ad praescriptum diē reuersuro. licet liuius. li. xxxiii. ait: magna pars sine commeatibus delabebatur. In utroq; autem numero pro cibariis ad alimoniam reip. aut exercitus: aut alicuius multitudinis: interdum etiam priuatum. Cicero pro lege Manilia: Iam comeatu & priuato & publico prohibemur.

Commendo te regi. i. committo. cōmendo te apud regem. i. laudo.

Commentarii omnes sunt libri: sed non continuo libri cōmentarii. Namq; ubi res sunt late diffuseq; explicatae & non breuius q̄ poterant tractatae libri tantum sunt: non commentarii. Vnde. Cesaris cōmentarii: in quibus ad exequendam historiam alius uidet subiecisse materiam.

Commentarii: nomen quid significet tertio declamationum libro Seneca declarat: quū dicit. Sine commentario nunq; dixit: nec commentario contentus erat in quo nudae res ponuntur. Et Cicero in Bruto: Non est oratio sed capita rerum & orationis Commentarium paulo plenius. Dicitur autem commentarius & commentarium: Commentarii & commentaria in alia etiam significatione: quae est ut sentio expositio & interpretatio autorum. Quidam quoq; talia huiusmodi opera Cōmentum uocauerunt. ut Nigidius. Donatus priscianus. aliiq; nō nulli.

Commentitia ratio quae ad tempus commenta & excogitata est.

Commigrare. emigrare demigrare similia sūt huic uerbo Migrare: quod est domicilium mutare: & alio se ad habitandum conferre relicta priore habitatione: Remigrare autem reuerti in pristinum domicilium. Trans

migrare in longinuiorem locum domicilium habitationem uel mutari Immigrare in domum aliquam habitandi gratia ire. Ea propter homines qui moriuntur Migrare dicuntur. Et enim qui moriuntur tanq̄ domicilium corporis relinquentes alio ad habitandum duntaxat anima se transferunt. Tunc autem cum apposito rectius q̄ sine apposito utemur: ut apud cicronem li. vi. de rep. Anteq̄ ex hac uita migro. & Quint. in corpore proiecto: Seu quum ad infernas sedes anima migrauit. Contraq; nequaquam milites quum castra mouēt: aut de statione munitionibus uel discedunt. Migrare dicuntur: ut pote ubi domicilium non habuerunt nec in domicilia se conferūt. Decedēt at̄ quid sit uide in littera. D.

Committo sequente Vt uel simili dictione semper in malam partem accipitur: Vnde cicero ait: Non committas ut dicendum sit non putarā Quintilianus quoq;: Non committam ut illa dubia faciam defensionis sollicitudine. Et alibi: nihil tibi minus commitendum q̄ ut uiscaris hoc flagitium. Nec recte dicas fac committas ut omnes te laudēt: aut sic non comisitisti unq̄ ut lauderis: propterea seper habet secum negationē

Comodatarius qui comodatum accepit: passiuē enim accipitur: ut legatarius qui legatum accepit.

Commune est hoc omnibus & omnium. Vel commune mihi tecum & cum ceteris.

Comparo hanc rem illi: & cum illa. confero isti & cum isto. praeterea hic non ē cum illo comparandus. melius de minore ad maiorem dicitur: ut Vergilius cum homero horatius cum pindaro non est comparandus: q̄ e diuerso. sic homerus cum Vergilio pindarus cum horatio non est comparandus. e diuerso tamen non nunq; reperitur.]

Comparatiui natura est superare in ea qualitate: quam optinet positiuus ut Antiquior te ego sum. i. maior te natu sum.

Comparatiuum resolui per magis & positiuum priscianus uoluit. Sed per cetera quoq; resoluitur quae eūdem usum prestant. ut fortior plus fortis uehemētius: fortis ualidius fortis & quae sunt eiusmodi.

Comparatio fit uel ad unum uel ad plures tam sui generis q̄ alieni: quos greci honoris causa suae gentis magis q̄ ratione ueritatis dicūt nō posse ad multos sui generis fieri comparationem. Alii at̄ dicūt hanc esse rationem propter quam non

b iiii



utuntur tali comparatione: quod quum ad plures sui generis fit comparatio  
superlatiuo possumus uti: ut fortissimus graecorum achilles. Sed superlatiuus  
multo alios excellere significat. Comparatiuus uero potest & paruo su-  
perantem demonstrare. Vnde etiam diminutionem iure accedit: apud  
nos: Maiusculus: minusculus: haec priscianus. A quo tam pro graecis quam pro  
latinis dissentio. Nam quero a prisciano: quonam modo graeci distingue-  
rent sensum comparatiui: a sensu Superlatiui: cum ipsi comparatiuo quo  
quod genitiuum tribuant: nisi hac ratione: ut hoc ad ad unum: Illud referat-  
tur ad plura: loquor quoties comparatio fit ad eos: qui sunt eiusdem ge-  
neris. Nam ad eos: qui sunt alieni: necessario quoque utuntur genitiuo per  
comparatiuum: cum ablatiuo careant. Cum dico comparationem mo-  
re prisciani: tam Superlatiui quam comparatiui intelligi uolo. Atqui apud la-  
tinos ista ambiguitas non est: qui comparatiuo ablatiuum tribuimus. Ta-  
men tanti momenti est illa graecorum ratio ut eam latini ad formam grae-  
cae constructionis imitati sint hoc est: ut cum genitiuo iungerent compa-  
ratiuum: uti quod inter duo. Nam Superlatiuum non dubium est habere lo-  
cum inter plura. Ut aiacum Fortior fuit thelamonius. Et manuum meli-  
or est dextra: Si uero tres aiaces fuissent: diceremus non Fortior: sed for-  
tissimus: sicut digitorum longissimus non longior medius. horatius O:  
maior Iuuenum inquit: ad duos enim pisones filios: patremque scribebat  
Ouidius In persona Medae: quae duos filios habuit: Cum minor e: pue-  
ris iussus: studioque uidendi: Constitit ad geminae limina prima foris.  
Comparatiuo utendum est ad unum sui generis: ad plures Superlatiuo:  
ita apud nos ut apud graecos. Qui etiam ad plures diuersi generis com-  
paratiuo utuntur: uti & nos. Ut aiacum fortior fuit thelamonius. Ego  
sum doctissimus romanorum. Et Achilles troianis fortior fuit. haec lau-  
Tu uero in lima leges Comparatiuo latinos usos etiam ad plures sui  
generis.

Comparatiuo & Superlatiuo Iungitur etiam Inter & Ex. Quintilianus:  
Qui inter nos ut apparet: fortior fuit. Et in geminis: Dii prohibeant: ut  
ex duobus filiis uilior incipiat esse periturus. Sic etiam de Superlatiuo  
legitur.

Compertum est mihi: et Exploratum est mihi idem est: quod scio per in-  
uestigationem. Sicut conperi & Explorauit. constitutum est mihi deliberatum est mihi

Decretum est mihi: idem quod apud me cogitando firmatum est. Simili-  
ter constitui & decreui. at non ita deliberaui. possum namque deliberaui. &  
nihil constituisse. Itaque differt an dicamus senatus deliberauit. an senatus  
deliberatum est. id est decreuit. Explorauit tamen pro inueni fere accipi-  
tur cum exploro idem est: quod inquiri sagaciter. Vnde exploratores  
Complacitus ab actiua uoce: sicut fluxus uenit. habetque significationem  
nec actiuam plane: nec passiuam: sicut fluxus:

Complodere est aduersas manus inuicem collidere: quod fieri pluribus  
de causis solet. uel ad testificandum more foeminarum dolorem. uel pro  
gaudio. uel per subitam admirationem uel si quae sunt aliae causae: Supplo-  
dere est pedem terrae incutere: quod interdum solet in oratore laudari.  
Explodo non tantum significat eiicio: sed eiicio manibus: & quidem  
cum sono pulsantibus. qualiter quempiam e domo e theatro: ex aliquo  
concilio infectioe manuum atque pulsatione eiicimus. M. Tullius: Istris  
si paulum se moueat extra numerum: aut si uersus pronunciatum est una  
syllaba breuior: aut longior: exhibilatur: & Exploditur.

Complura uide in dictione plura.

Compos uoti uide in potior.

Concio est populi multitudo congregata: uel ex magistratus iussu: uel pu-  
publici sacerdotis: uel sua interdum auctoritate & sponte proprie ad audi-  
endum oratorem concionantem in bonum publicum: cuius etiam oratio  
uocatur concio. In priore significato est graece Ecclesia: quam nos pro la-  
tina uoce habemus. Multaque ecclesiam nescio quo iure aedes sacras appel-  
lant. cum coetum hominum: sicut dixi significet non loca. haec Lau. Tu  
uero uideas limam nostram.

Conciliamus amorem nobis alicuius: conciliamus beniuolentiam: Non  
autem conciliamus gratiam. Rursus inimus gratiam: Non autem inimus  
amorem aut beniuolentiam. Quarum omnium orationum eadem fer-  
sententia est: ac si hoc uerbo uterem comparo uel contraho. Nisi quod inire  
gratiam est magis fauorem comparare quam amorem. Reconciliari tamen & in gra-  
tiam redire idem sunt quoties amici interposita aliqua offensa: quum ali-  
quando fuerunt inimici in pristinam redeunt beniuolentiam ac familiari-  
tatem. Sed redire in gratiam etiam cum inanimatis solemus. Vnde cice-  
ro de senectute: In gratiam cum uoluptate redeamus. praeterea concilia-  
mus nobis: laudem: famam: similiaque non autem inimus:



**Condictio** a: condico nascitur: **Conditio** a: condo. Illud rarius ē. quod ita Iustinianus diffinit: **Condicere** ē denuntiare prisca lingua: nūc uero ab uerbo dicimus conductionem actionem in personam: quam actor intendit sibi dari oportere. Sed nulla hoc tempore eo nomine denuntiatio fit: Ergo **cōdictio** est uel hęc actio uel illa denūtiatio. **Cōditio** uero multo his temporibus male usurpant accipientes pro mentis qualitate: ueluti illud hic ē homo mansuetæ & bonæ conditionis: quod antiqui dicebant: mansueti & boni ingenii: nos quoq; mansueti animi mansuetæq; mentis homo autem bonæ conditionis latine dicitur: si ad fortunas referatur: non si ad mores. Vt est uir magnæ: paruæ: mediocris cōditionis. i. diues: pauper uel: aut inter hos medius. Ego sum positus i hac conditione idest fortuna ac sorte. Cicero: o miseram conditionem administrandi consulatus Huic significato illud pene par est: Cum inter plura eligenda sortis ē ob lata electio: ut apud. M. fabium: Oblata est a Iuuenibus tyranno conditio ut dimitteret alterum ad uisendam matrem ad diem præstitutam reuersurū: ita ut nisi occurrisset ad diem: de eo qui resisterat poena sumeretur. Dicimus igitur offero conditionem uel fero: uel pono conditionem Nunq̄ fere per aliud uerbum. quæ conditio dum placuit: etiam fere semper dicimus. accipio conditionem. ut apud Ter. Amatores chrysidis tulerūt mulieri conditionē: Ipsa uero accepit conditionem. hoc est pactioni promissioniq; assensit.

**Conducit** pro utile est: **Decet**: Iuuat: & si qua sunt alia: nec personalia sūt plane: nec impersonalia cū habeāt numeros. hęc uestes decet nos. Isti cibi Iuuant te. studia secreta maxime conducunt. **Explicit** **Expliciunt** nūq̄ q̄ sciam legi.

**Conductitia** domus quæ conducta est. Nomina enim in tius Si a supinis descendunt passionem quamdam significant. ut ratio fictiua ac commentitia: quæ ficta & ad tempus commenta & excitata est. Si tamen ab nominibus descendunt significant materiam: ut stramentitius: lateritius.

**Confero** me in agrum & ad agrum. Dicimus autem contuli me ad catonem: non autem In catonem nisi fuerit significatio donationis hoc modo **Multa contuli in catonem.** i. multa donauit catoni.

**Conficio** pro perficio & pro eo quod est lauciando trucido Inde confectores ferarum. Ipsa enim præpositio **Cum** in bonam & in malam rem accipi solet.

**Confido** pro credo: tum in præterito: tum in præsentibus: tum in futuro. In præterito. Quoniam probatam rationem officii mei uobis esse confido. In præsentibus: Quoniam a Cratippo nostro principe huius memoriae philosophorum hęc te assidue audire atq; accipere confido. In futuro: Ita fore confidimus. hęc exempla ex cicerone sunt.

**Conflaui** æs alienum: & **Contraxi** æs alienum: idem est q̄ factus sum debitor alienæ pecuniæ: **Dissoluo** æs alienum: idem est quod contraxeram æris alieni restituo: & pluribus soluo.

**Confluens** pro loco: quo duo Flumina conueniunt. masculini generis est substantiuatur enim.

**Coniecto**: **Coniecturo**. **Coniecturam** facio. coniecturam capio coniectura consequor. coniectura colligo. coniectura ducor. pro eodem accipiuntur: aut parum differunt. quia efficacius quiddam est cōiectura cōsequor & cōiectura colligo: q̄ in cæteris.

**Coniurare** & **conspirare** fere in malum accipiuntur: quoties in patriam: aut bonum principem coniuratio fit atq; conspiratio. Sed si honesta causa id fiat in bonum etiam accipi debet. Nam & Mutius Scauola ad porphenam regem inquit: T recenti coniurauimus principes iuuentutis romanæ ut in te hac uia grassaremur. Et cicerus ad cæsarem pro ligario: fratrum conspiracyonem dixit: quasi unanimitatem. Verum conspiracyo: ut in hoc ipso loco: non unq̄ nemini perniciosa est i neminemq; grassatur cōiuratio semp in alterius perniciem grassari solet.

**Conniuere** est aperire & claudere oculum.

**Consciscere** fere ad mortem pertinet: plerunq; enim sic legimus: mortem sibi ipse consciscit: Mortem tibi ipse conscisces. Mortem mihi ipse consciscam. cogam te ad mortem tibi per te ipsum consciscendam. **Asciscere** est remotum aliquid quasi scite uocatum capere. **Desciscere** ē ab imperio se ductuq; alterius subtrahere. ut milites a duce: populi a domino discipuli ab opinione magistri quam prius sequebant: p̄sertim ad alterius imperium uel sententiam se transferentes.

**Confessus** nō ē cōfessio: sed homines uno in loco confidentes.

**Consideratus** qui agenda considerat: non qui consideratur. **Inconsideratus** qui agenda non considerat: nō qui nō consideratur.

**Cōsolatō** & **solatiū** idē sūt nisi q̄ solatō fit uerb. solatiū r. cū solāi sit orōe



Solari uero fere semper aliter. Solamē idem est quod Solatium: sed magis poeticum. Vergilius: Solamenq; mali de collo fistula pendet: quo tamen Boetius & quidam alii utuntur.

Consonans pro littera non uocali foeminini generis est. substantiuatur. n.

Consul qui consulatum gerit.

Consularis qui consulatum gessit.

Consulo te: consilium peto a te: uel interrogo & inquirō. Cōsulo tibi: cōsiliū do tibi: uel prouideo tibi. Sed hoc frequentius ac magis propriē rebus. ut consule uitae tuae. Consule ualitudini. consule dignitati. consule salutis: consule rebus tuis. In plurali autem numero interdum reperitur sine apposito tamen. ut Consulunt senatores: quod frequentius dicimus cōsulant. i. deliberant. Nō nūq; consultare est unius.

Consultor fere pro eo qui alium consulit accipi solet. non nūq; tamen pro eo: q; alii consulit. Sallust. In iug. Simul ab eo petunt uti fautor cōsultor q; sibi adsit.

Consultus ē homo prudēs & sciens: dignusq; a quo cōsiliū petas. Inde est Inconsultus adiectiuum. Quint. O: incōsultam muliebrem semper amentiam. i. imprudentem: inconsideratam & nullius consilii. Dicitur etiam Iurisconsultus & Iureconsultus. Et Ouidius. li. i. de arte in simplici dixit: Sit tibi credibilis sermo: consultaq; uerba.

Consternere est corporis: consternari autem animi: quum mens turbata est: & de statu mota: & quasi humi strata. Ideoq; saepe cōiungi animum uidemus. ut consternatus animo. Sallustius tamen hist. primo iquit. Eg sine rectoribus exterriti aut saucii consternantur: cum sit usitatus consternuntur.

Contendere & Intendere indifferenter dicimus: uti contentio & Intentio De quibus omnibus late in dictione Intendere.

Contentus q; continet qd animo satisfacit: nō qui cōtinetur.

Conterraneus qui eiusdem terrae ē: hoc ē territorii: maior enim est terra q; urbs. oppidū ue. cuius habitatores uocantur ciues. plynus tamē catullū conterraneum suum uocat: uel q; ex Dicecesi illa: uel q; ex urbe sit ueronensi. Vterq; autem dictus est Veronensis: nam illius Nepos & per adoptionem filius fuit Nouocomensis: Ideo plynus secundus & ipse dictus ē.

Continenter ē cōtinue: siue cōtinuate: quod a contineo uenit.

Cōticesco idem ē quod suum primitiuum cōticeo: sicut alta multa ī sco. ut

Adhaeresco. Delitesco. cōcupisco. labasco. obdormisco. cōtremisco. Ex paucisco & his familia.

Continens pro terra quae nō est insula foemenini generis est. Ut de sicilia ad cōtinētem parū Intercapedinis est.

Continētia. de hac uide in dictione Abstinentia.

Cōtrahere aēs alienū quid sit uide conflare.

Cōtumeliosus semper actiue ab autoribus accipi solet. pro eo. s. qui contumeliam facit.

Cōuenit hoc mihi: aut cōuenit hoc nobis. i. decens est: & cōueniens. Cōuenit hoc inter nos. i. constat: & cōtrouersia caret. conuenit mihi tecum. i. sine controuersia ē inter nos quod ego dixi. conuenit tibi mecū. i. sine cōtrouersia est inter nos qd tu dixisti. Nō nūq; sine apposito: sed tamen subintellecto. ut hoc conuenit. Non nūq; sine utroq; ut conuenit.

Cōuentus facit diminutiuum cōuenticulū cicero pro Sextio: Tamē cōuenticula hoīum quae ciuitates nominauerūt.

Cōuentus nō est cōuētio: sed hoīes: q; in unū locū conuenerunt.

Cōuiciū a uitium uel potius a: uito: descendit. ut Vitupero tā & si nō oīno repugnem scribi per. c. ut qbusdam placet nō p. t. Est autem cōuiciū maledictum cōtumeliosum.

Copia facultas: potestasq;: ut faciam tibi copiam inspiciendi libros meos. i. dabo tibi facultatem uel faciam tibi potestatem. Iungit autem semper cum facio dumtaxat apud oratores. Nam poetae cum aliis uerbis: & p̄cipue cum do. Verg. Affari extremū miserā data copia matri. Et iterum: Postq; introgressi: & coram data copia fandi. Sine his autē duobus uerbis copia plerunq; pro abundantia accipitur unde dicta est copia orationis: & copia pecuniarum. & copia frumētī: In plurali quoq; pro eodem significato. ut noui copias tuas. omnium rerum copias habeo. Peculiariter tamen appellamus militum multitudinem: ut copiae pompeii. copiae caesaris. pro quo imperiti dicunt gentes pompeii: gentes nostrae. Et ī hoc etiam significato nō nūq; in singulari. ut Pom. ad Domitium. Neq; solus cum ista copia tāta multitudinem sustinere poteris. Sallustius: postremo ex omnicopia catilinā &c. Virgi. li. ii. aen. Et quæsit circum me copia Iustro.

Cordi est: & In animo est: differunt. Nam scdm significat ī animo habeo. Vel animus est mihi. uel uolo atq; constituo. Illud uero est delectat: & placet.



Corpus potiusq̄ carnē nostrā uiuētū dicimus. & hominē corpulētum potiusq̄ ut aliqui loquūtur carnosum. **Quintilianus:** membra sine corpore. **Cicero ad Gallum:** Nam & uires & corpus amisi. **Martialis:** Inq̄ omninoq̄ corpore corpus erat. hoc est in corpore illius non erat caro.

**Corpusculum** diminutiuum est: a corpus.

**Coxa** pars supra femora: uertebūq̄ ipsum quoties uitiatum est: aut os illud: quod ī uertebro uoluitur fractum: coxa uitiata fracta ue dicitur. **Femora** autem partem illam exteriorē significant: **Femina** partem interiorē mollioremq̄: quæ se contingunt. **Vel femora** partem anteriorem **Femina** posteriorem. A quo conficitur nomen femoralia: siue **Feminalia**. utroq̄ enim modo scriptum reperio pro brachijs. dicitur tamen nūc semen non repetiri.

**Cubiculum** a: cubili non uenit: cum intra cubiculū cubile sit.

**Cubo:** cubui: cubitum: cubatio non cubitio.

**Cuius.** cuius. cuius a ueteribus non inter nomina: sed inter pnomina numerabatur. ut meus mea meum: Itaq̄ ut dicimus mea est. tua ē. sua ē. Et mea tua sua interest: Ita cuius est: & cuius interest. **Plautus in Epidico:** Ego illum conueniam: atq̄ adducam ad te: cuius est fidicina. **cicero pro Murena:** Ea cædes potissimum crimini dat̄ ei: cuius interfuit: non ei cuius nihil interfuit. **Interrogatusq̄** cuius pecus respondeas meum tuum suum uel illius.

**Culter** cultellus facit diminutiuum.

**Culpa** medicorum plures pereunt: **Defectu** eorū multi. **Is** nanq̄ defectu medici perit: cui medicus p̄sto nō ē. culpa uero medici: q̄ moriturus nō erat: nisi p̄sto medicus sibi fuisset: quam maiorem partem esse arbitror. hac ideo dixi q̄ non nulli pro culpa medicorum aiunt defectu: **Et** uitia hoīum rerūq̄ uocāt defectus: cū dicere debeant uitia: uel culpas uel mēdas: ut menda libri. **Defectio** plurimum a: defectu dissentit: cum sit recessio aut militum: aut ciuitatis a domino: uel a superiore. Est enim **Deficere** & **Desistere** a: ductu alterius recedere. & quasi rebellare. & **Defectio** quasi rebellio.

**Cuias.** **Nostras.** & **Vestras:** non tantum patriam nationemq̄ innuunt: sed etiam partes & quasi sectam. ut **Vestrates** philosophi non sūt ita p̄

pulares & fauorabiles: ut nostrates: qui epicuri schola prodierūt. **Et** cuias philosophi uos estis? **Stoici** ne: an **academici:** an **peripatetici:** an **nostrates** **Epicurei:** **Cicero:** putares ne unq̄ acciderē posse ut mihi uerba deessent: non solum ista uestra oratoria: sed hæc etiam leuia nostratia?

**Cum** præpositio per appositionem non iungitur rei notanti instrumentum: sed comitem. **Percussi** igitur hasta dicendum est: non cum hasta: **Instrumentum** enim percussione hasta est. **Item** percussi gladio: non cum gladio. **Impuli** te pugno: **Video** te oculis. **Tango** te manu. **Deleuit** epistolam lachrymis: **Absterfit** sordes aqua. **Ablatiuis** autem nō instrumentis sed cōiunctionem significantibus cum addi solet: ut **acceptus** ē a nobis cum honore. **Magna** cum beniuolētia scripsit. **Cum** mira affabilitate me allocutus est. cum dira truculentia me aspexit.

**Cum** & **Tum** indicatiuum fere postulant est autem in cum quiddam minus. In **Tum** quiddam maius. **Et** hoc duobus modis: ut aut generale aliquid præcedat: sequat̄ speciale. Aut ambo sint specialia. **Primo** modo sic: ut apud **Quintilianum.** **Quod** cum omnibus confitendum est. **Tum** nobis præcipue. qui rationem dicendi a: bono uiro non separamus: **Idest** omnibus multum: mihi uero maxime. **Altero** modo apud eundem **Quod** opus **Marcelle** **Victori** tibi dicamus: **Quem** cum amicissimū tuū inrer nos caritatis pignore iudicabamus. **Idest** multū propter amorem tuum in nos plus tamen propter amorem iudicabamus litterarum **Raro** autem alius modus q̄ indicatiuus conuenit. **Cicero** ad **curionem:** graui teste priuatus sum amoris erga te mei patre tuo clarissimo uiro: q̄ cum suis uirtutibus: **Tum** uero te filio superasset omnium fortunas: si te añ uidisset: quam uita decederet. **Sed** nunq̄ hoc fit nisi sub uno uerbo quod si quando sub duobus fieret: non tamen in diuersis uerborum modis diuersis ue temporibus. **Sed** ad **Tum** reuertamur: quod sæpe sine cum ponitur geminatum: triplicatum: & in quibus longum multiplicatum: sed quantum ego sentio in rebus paribus. **Vt.** **Quintilianus** **Nec** indignetur **herodotus** æquari sibi **Titum** **liuium:** cum in narrando miræ iucunditatis: clarissimiq̄ candoris: tum in concionibus supra quam enarrari potest eloquentem: ita dicuntur omnia tum rebus:





tum personis accommodata. Taceo de eo modo: quando accipitur pro aliquando: ut tum hoc tum illud dicas. id est aliquando illud. Vel modo hoc modo illud.

Cum pro quauis etiam reperitur: Cicero enim pro deiotaro hoc modo incipit. Cum in omnibus causis grauioribus Cai caesar initio dicendi commoueri soleam uehementius quam uel usus: uel aetas mea uidetur postulare. Tamen: in hac ita me multa perturbant. &c. Idem alio in loco: Satis ne constanter facere uideamur: qui Cum praecipere nihil posse dicamus: Tamen & aliis de rebus differere soleamus: & in hoc ipso tempore praecipere officii persequamur. Cum. s. pro Quauis.

Curiosus semper actiue ab autoribus accipi solet. Dicitur autem curiosus a nimia cura: quotiens plus diligentiae quam oporteat impedimus rebus: uel nostris: uel alienis.

Curriculum pro cursu: & pro loco: in quo certamen currendi exercetur: non nunquam etiam pro curru. ut Cursus. li. viii. Sed etiam in amnem praecipere curricula.

Cursim idem est quod curendo.

Carus & praclarus figurate accipiuntur pro eo: qui tanquam fulgore quodam fama & gloria resplendet. Vnde clarissima & praclarissima gesta dicimus. Sed praclarus pro bono non nunquam reperitur. Et praclare ac optime idem roboris ac uirium in significatione optinent. Cicero in laelio: Cum illo uero quis neget actum esse praclare?

Classarius custos exercitor uel classis.

Crapulari: uide obruere.

Crepitus sonitus est uiolentus ex impulsu resultans. Vnde increpare est eruptione uocis & immani sonitu reprehendere. Cymbala tympanaque crepant. Vnde fit Crepitaculum. Tubaque & cornua. similiaque crepant: siue crepitant. Crepitus item ore infimo fieri solet.

Crimen non modo pro delicto: sed pro ipsa etiam criminatione. Cicero in philip. haereditatem mihi negasti obuuisse: utinam hoc tuum uerum crimen esset.

Crudus uocatur non quod cibum indigestum habet in stomacho: sed qui agere difficileque digestibilem: ex quo offenditur: uel tanquam nimio: uel tanquam noxio. Appellamus tamen hominem Crudum praesertim quod est truci aspectu: cuius aspectu oculi nostri offenduntur: ut stomachus cruditate cibi. Est etiam Crudum uulnus. & Recrudescere dolor ac uulnus dicitur quasi renouari. Et cruda possumus dicimus quae non sunt matura.

**D**apes uolunt esse uel deorum: uel nostras in sacrificiis deorum. Epulae sunt cibi ministerio hominum: & in nostrum usum communitate parati. Epulum solentiores quaedam epulae: & prope publicum conuiuium in propatulo numerosis ciuibus exhibitum: siue in dedicationem templi alicuius: siue in honorem deorum: uel in magnificentiae ostentationem. siue in funere magni alicuius uiri. Cui simile est quod hoc tempore fit: quum publice pasceamus pauperes: praesertim in mortibus propinquorum: Quod uel idem est pene quod parentare. A nostris enim uulgo parentalia appellantur: eo quod parentibus iusta celebrantur. ut hieronymus scribit.

Dare fidem est aliquid sancte promittere. Ter. Grauidaque facta fide datur uxorem sibi fore hanc. Fidem habere est credere. Quin. fidem habes hominibus: quos mentiri alius affirmat.

Dare potestatem: uide indulgentiam.

Deambulatorium locus ubi deambulamus.

Debellare est bello uincere: aut bello capere. Expugnare pugnando capere: uel potius pugnando uel oppugnando uincere. Sed debellamus potius homines. Expugnamus autem opera moleaque: ut castra. ut castella. ut urbes. ut naues.

Decedere quando accipitur non nunquam pro eo quod est discedere aut recedere: Tamen proprie est a mandato custodie siue loco recedere. Vnde consules praesides praetores dicuntur ex provincia decedere. Dicitur quoque decessit quo modo dicitur defunctus: ut sub intelligatur uita. At in excedo additur uita: non sub intelligitur. Cicero in Attilium. Excessit e uita:

Decet: uide conducit.

Decimus: undecimus. Centesimus. milesimus. id est qui ultimus est ex decem ex undecim ex centum ex mille. Aliquando sic: hoc aruum attulit centesimum. illud sexagesimum tuum uero tricesimum fructum. id est centenarii numeri sexagenarii tricenarii: Vel centuplum sexagintuplum. tricentuplum.

Decimam quando ex ouibus tibi dabo: Non eam intelligo: quae decima in numerando eueniet sed unam de decem. quaecumque sit. itaque Vnaquaeque potest esse decima. Item dicamus Milesimum quando unum esse ex numero milenario.

Declamator est qui studet apud rhetorem in conuentuque scholasticorum fictam causa orat: id agens ut in ueris postea causis possitorare: Ipse quoque rhetor & quicumque alius etiam extra scholam hoc generum utitur siue ut alios

siue ut se exerceat declamator uocat. Orator est qui causasorat: uel in iudiciis uel in concionibus qui græce dicitur rethor. Nos tamen rethorē professorem rhetoricæ uocamus: non Oratorem. Miror cur in hoc tam facili per uulgatoq; nomine exponendo Victorinus errauerit. Non nūq; tamen more græco reperimus poni. Ut Cicero. li. ii. de. n. d. Qui cum academico & eodem rethore congregari conatus sum: Nam neq; iudicium academicum pertimuissem: Neq; sine ista philosophia rethorē quis eloquentem. Rethorem dixit uel oratorē uel rethoricum.

Declaro frequentius ad facta perinet q̄ ad dicta. Aliquādo etiam in dictis: Interdum accipitur p̄ significo. uel ostēdo. uel in iudicio

Decretū est mihi uide cōpertū est

Decus est illa ut sic dixerim honorificentia ex bene gestis rebus. Vnde decora militiae honores. laudes honestamenta militi in bello cōparata cuius contrariū ē Dedecus proprie ignominia quedam: aut ignominie genus & infamis turpitude. Vnde dedecoro .i. turpifico: & contumelia atq; ignominia afficio. Trāsfertur etiam ad animum: Quippe deus pro honesto: dedecus pro inhonesto accipitur. Decor equasi pulchritudo quadam ex decentia rerum personarumq; in locis temporibusq; siue in agendo: siue in loquēdo. Trāsfertur quoq; ad uirtutes: Apellamus decorum nō tam ipsum honestum: q̄ quod hominibus & cōmuni opiniononi honestum uidetur & pulchrum & probabile. Vnde uerbū decoro media longa. Nam decoro media breui a decus uenit.

Dedisco uide discere.

Deditius qui ex numero eorum est: qui se in alterius imperium dederunt.

Dedocce te: quod doctus es ostēdo falsum esse: docendo quod uerum est. Quintilianus. li. ii. Et qdē prius ac difficilius opus dedocēdi q̄ docēdi.

Dedecus duo significat: Vnum quod est crimen: ut Quint. Satis dedecoris atq; flagitii castra caperūt. Alterum quod ē ignominia: atq; infamia quod notū est. Vide etiam decus.

Deduco & Reduco generalem habēt significationem sed in hoc specialē quoties alicui officii prestamus comitatum. ut Deduxi Catonem in senatum: eumq; ut domū reducā: hic expecto. Sed proprie hoc est iter homines non multū dignitate & auctoritate distātes. Comitari uero minorū potius erga maiores. Ceterum deducē & Reducere est quasi ad certū locū. Affectari est quasi comitatum prestare: non tamen in itinere. aut

aut nauigatione aut militia. At fere per urbem.

Defatigatus uide i dictione lassum:

Defessus uide ibidem.

Defectus quasi q̄ deficit. ut martialis: Dulcia defecta medula caria lingua. Cātator cignus funerts ipse sut. Quintilianus: defectaq; labore se nectus magna pars mortis nihil mihi reliquit: nisi diligentia. participiū est significationis actiue in uoce passiuā.

Defectus uide plura in culpa:

Defectio uide ibidem.

Defende me domine: Aduua me optime uir. Tace homo imperite. Mutato uocatio in nominatiuum non recte dicitur. Item defende me tu deus meus. Aduua me tu uir. optimus. Tace tu homo imperitus. hic per nominatiuum etiā recte loquimur. subintelligitur enim ens: hoc modo: tu ens dñs meus.

Defendo me dicimus: Et non nunq̄ defendo ictus. Cicero de senectute. Vestitaq; pampinis nec modico tempore caret: & nimios solis defēdit ardores:

Defensorius actionem significat:

Defore uide affore:

Deinceps accipitur pro de hinc & p̄ de inde. atq; ēt pro gradatū. Cicero i tusc. Oēs q̄ deinceps accubaret: ad lyram caneret. Et ad termū Sed tamē tres fr̄es sūmo loco natos. prōptos nō idiosos te nolo h̄re iratos: quos uideo deinceps tribunos Plebis per triēniū fore.

Deliberaui: uide cōpertū est

Deligere ē quod magis idoneū ad rem agēdā ē: cerne. Eligere uero uel ad nostrū emolumentū: uel ad illius qui eligitur dignitatem. delegit sibi saepe populus. imperatorē ad bella. ut popeiū ad bellū mithridaticum. Imperator quoq; deligit milites. nō eligit ad rē uidelicet bellicā idoneos. At si ex multis daret optio quē sibi uellet eligeret: nō deligeret. ideoq; sepe fere d̄r in eodem sensu: dat tibi siue offert optio: Et dat siue offert Electio. Nec inficias eo posse fieri. ut in aliquem cadat delectionis & electionis nomen: ut in ipsum principem quem ad honorem pariter & ad rē benegerendam assumimus. ceterum deligo sine præpositione accusatiuum habere solet: ut pplus romāus delegit. Cn. popeiū ipatorē. Eligo atq; accusatiuum cum præpositione. ut idem populus elegit in principē

c ii



sibi octauium. Et sacerdotes eligunt sibi pontificem: & milites imperato-  
rem. Cooptare autem dicitur inter Collegas paresq: aut fere pares. Ci-  
cero in Bruto: a quo in collegium augurū fueram cooptatus. preterea  
deligere & Agere uel habere delectum differunt: q̄ deligimus aliquan-  
do unum tantū. Agere uero uel habere delectum ad multa semper re-  
fertur. Apud Quintilianum legi facere delectum pro agere.

Delitescio pro suo primitiuo accipitur.

Demereor: uide mereor.

Demum: uide Tandem.

Deniq: uide Tandem.

Demigrare uide Cōmigrare.

Depectus si Vulpiano credimus dicitur turpiter pactus. mihi autem p̄  
simplici potius accipi uidetur id quod in multis fit: ut demiror. deambu-  
lo. Terrentius in phor. Iam depacisci mortem cupio. tale est hoc teren-  
tianum: quale illud uergiliū: Vitamq; uolunt pro laude pacisci. illud  
quoq; apud. M. tul. li. ii. rhetoricorum. Quidam quum circūladeretur  
neq; effugere ullo modo posset depectus est cum hostibus ut arma & im-  
pedimenta relinqueret. & milites educeret. itaq; fecit &c: Non est accipi-  
endum pro turpiter pactus ab autore esse positum: quippe qui causam  
narrat de qua controuersia est: an ille turpiter pactus sit: non autem fa-  
ctum hominis damnat: & aliquoties factum hoc paulo post pactionē  
uocat.

Depositarius a depositum est. depositarius a depositor. est itaq; deposita-  
rius qui reddendo deposito obnoxius est.

Deprecor supplicium Aulus gellius ait dictum esse: quasi detestor: uel ex-  
ecror. uel depello. uel abominor. Ego autē ita dici puto deprecor ut pre-  
cor & imprecor. precor tibi bonum: precor tibi malū. Sic deprecor libe-  
rationē. & deprecor poenā Illam ut potiar. hāc ut uitem. Ouidius. li. i.  
de pōto. Sæpe precor mortem: Mortē quoq; deprecor idem. ne mea sar-  
maticū contegat ossa latus. deprecor dixit quasi precor mortem non dari  
mihi in hac terra. deniq; deprecor magis significat uel dicto uel facto recu-  
so: q̄ illa quæ. A. gellius attigit.

Descendo i preliū. descendo i for. descendo i campū dicimus. Nō q̄ de  
loco superiore i inferiore descēdimus: sed q̄ de loco tuto in locū discrimi-  
nis. Ideoq; non fere dicit in for. descēdere nisi qui pugnandi & defēde-  
re litis causa uenit i for: nō rex uenialium coēptor ac negociator. Et i

campum descendere nisi q̄ litis dignitatisque causa: sicut i cāpo martio  
siebat. certaturus uadit.

Desciscere uide consciscere.

Desipio siue desipisco significat uel quod aliquid a cōmuni sensu sapien-  
tiaq; minus habeo: uel quod meo a sensu destituor. Quod fere uitium  
aut ex aetate uenit: aut morbo aut amore aut timore. aut simili aliquo af-  
fectu. Cuius contrarium est Resipiscere: & senes quidā iā dementes nū-  
q̄ resipiscūt. Cæteri aut resipiscere id est ad priorē mentis statum: uel ad  
meliorē mentē redire solent.

Despicio deorsum aspicio: sicut suspicio sursum aspicio. Inde per translati-  
onē quū quis aliū contemnit ac parui facit despiciere dicitur: quasi i fra-  
se & ad pedes suos proiectum aspiciere. quē admodū Suspiciere est uene-  
rari: quasi supra nos aspiciamus illum eē collocatū. nam Dispiciere est  
prouidere & circūspicere mentē & tanq̄ in omnē partem lumina men-  
tis intendere omniaq; discernere. a quo dispicientia dicta est circūspe-  
ctio & prouidentia uel consideratio diligens atq; discretio.

Deturbare est deorsum cum uiolentia deiicere. Virg. puppi deturbat ab  
alta. Exturbare e loco eundē in modū eiicere. Disturbare dissipando di-  
ruendo q; disuicere.

Deuenimus in montē: deuenimus ad diuitias minus usitatū: ac minoris ra-  
tionis est q̄ peruenimus in montē: peruenimus ad diuitias. Similiter e di-  
uerso: deuenimus in planum: deuenimus in uallem: quoties ab editōre lo-  
co profecti sumus: usitatius probabiliusq; peruenimus i planū: perueni-  
mus i uallē. ita deueni in paupertatē quasi descendi & delapsus sum in  
humiliora.

Deus: dea deabus dicimus: diuus diua diuabus non dicimus. Item filius  
filia filiabus. Natus nata natabus Equus equa equabus. mulus mula mu-  
labus. non asinus asina asinabus. Itē ut dicimus libertus liberta liberta-  
bus: Ita nō dicimus libertinus. libertina libertinabus. non seruus serua  
seruabus. non dominus dñā dominabus: non aiūs aīa animabus: Tam  
& si qdā his posterioribus utūt. Cicero tamē ad uxorē & filiā scribens  
duabus aīs suis dixit nō aiabus. Et curtius de mīre & uxore darii dñis nō  
domiabus dixit qdā ueteres: dextrabus dixerūt p dextris: & eabus p eis.  
Dicacitas ē sine dubio a dicēdo: pprie tamē significat sermonē cū risu ali-  
quos icessētē ideo demostenē urbanū fuisse dicūt: dicacē negāt: græce  
dicitur scomma.



ornate copiose dicit. Vnde dictio uocatur oratoria & facunda oratio. Ex ipso uerbo dico duo frequentatiua oriuntur. dicto: & dictito: sed posterius potius frequentatiuum est: quod idem est quod frequentibus temporibus frequentibusque locis dico & narro. Alterum autem est quod dico: si id alter scribens excipiat & manu stiloque notet.

Dico sententiam consiliarius: fero sententiam iudex. non nunquam tamen dico pro fero. ut apud Quint. apud iudices quidem secundum legem dicturos sententiam. de confessis precipere ridiculum est.

Dico leges aliud est quam fero leges est. n. ferre ad suos: dicere fere ad uictos Liuius: Quando perinde ac uicto sibi leges dicerentur.

Die pro diurno tempore: Itē pro certo tempore: uolūt eē masculini generis notauerūtque Vergiliū idifferēter accēpisse. ego tñ & apud hūc & apud ceteros pro tempore ipso a notauit se per eē foeminini. ut ipsa dies facit hominem prudentem. & multa dies dat magnam hominibus rerum experientiam. Vnde Pedianus uult fieri dieculam: pro paruo tempore. Et apud iuris consultos Bima trima Quadrima dies: pro tempore biennii triennii quadriennii. In tempore certo pedianus idem consentit debere esse masculini generis. dicemus ergo hesterna die & crastina die: non hesterna die & crastina. Ad diē n̄ uenit ad diem non affuit. i. die prestituto.

Dictio uide dicere.

Dictito uide ibidem.

Dicto uide ibidem.

Dictum & dicta de omni sermone intelligunt: sed specialem quoque significationem habent pro dicaci sermone: unde dicta est dicacitas. Martialis ad domitianū: Consueuere iocos uestri quoque ferre triumphi: Materiam dictis nec pudet esse ducem. Qualia autem sit dicta. quae in ipsum triumphantem milites iaculari solebant: illud quod caesari dictatori fuit decantatum erit Exemplo: Caesar triumphat qui subegit gallias. Nicomedes non triumphat qui subegit caesarem. Illud subegit caesarem: in quem dicatur mordet & aliis: apud quos dicitur: risum mouet.

Diligere uide amare.

Discere est ut intelligas: Ediscere uero ut memoriter complectaris. dedisco autem quod: didici obliuiscor.

Discretus qui qualitates personarum: & rerum momenta discernit non qui discernitur.

Disertus qui probe differit. non qui differitur.

Dispicio uide despicio.

Dissoluo aēs alienum: uide Conflaui

Disturbare uide deturbare.

Diu nihil aliud significat nisi per longum tempus. diu nauigauit. diu equitauit. Non autem diu recessi: aut diu equum ascendi. Quidam tamen sic loquuntur: iam diu est quod recessi: utentes ad uerbio pro nomine. Eadem ratio est in Iam diu: & tam diu. ideoque cauendum est ne uerba quae monent taneam actionem significant his aduerbiis applices: quale est. Iam diu publicaui opus: Iam diu duxi uxorem: sed iam pridem. licet recte dicatur iam diu est opus publicatum. Et iam diu uxor mihi ducta est

Diuerforium dicitur hospitium publicum: Cicero. Ex hac uita sic discedo tanquam ex hospitio non tanquam ex domo: commorandi. n. natura diuerforium non habitandi dedit. pro eodem posuit: hospitium & diuerforium Diurnum spatium unius diei.

Diurnus & diutinus nihil differunt: utrumque a diu siue diutius ueni: Cicero. ad Brutum: tedioque diutinae seruitutis. de diurnus plurima exempla sunt.

Do tibi litteras tanquam tabellario: do ad te litteras: scilicet ad te perferendas Aliquando haec duo coniunguntur. ut Cicero: dedi illi ad te litteras. Ergo qui mittit litteras dat: Cui litterae dantur si perfert reddere dicitur: sicut ille ad quem dantur accipere:

Docilis priscianus inquit est qui facile docetur. docibilis est qui facile discitur. non occurrit ubi nā legeri docibilis est. n. consuetum magis preceptibilis. nisi apud ecclesiasticos: atque in alium sensum & erunt docibiles dei: dictum est quod dociles. docibilis. n. ille est: qui est ad discendi patientiam lenis & mitis hoc ut ego sentio idem est quod docilis Ratio tamen postulat ut id significet quod ait priscianus.

Doctiloquus facit comparatiuum doctiloquentior.

Doleo: Cicero Quintilianusque non dixissent doleo caput doleo ilia aut ilibus: esset. n. synecdoche. Sed dolet mihi caput: & ilia tibi dolent. in hoc uerbo & illud notandum est: quod de re extra nos posita sicut de corpore nostro loquimur. ut istud quod facis dolet mihi utinam doleret tibi.



Terentius. dolet dictū adoleſcēti pudēti libero.  
Domo domui domitum domatio facit nō domitio. dicitur autē domitor  
non domator  
Domus duos genitiuos habet: domi & domus Sed prior ſeruat locū ubi  
quis manet. poſterior corpus ipſum atq; ædificiū: quod ex parietibus  
conſtat & tecto. ut domi maneo nō domus. & ptē domus demolitus ſū.  
ſupiora dōus atcēdi n̄ dōi: Nā illud domus meæ iperū teneo n̄ p loco ac  
cipitur: ſed pro familia quæ continetur ædificio: figurate cōtinens pro cō  
tecto. licet et dicere domi meæ quaſi in domo mea. Eſt autē idē i domo &  
domi. Quint. li. v. i domo furtum factū ab eo qui domi fuit.  
Domesticatim per uarias domos.  
Domi meæ uiuo dicimus: item tuæ. ſuæ. n̄ræ. ūræ & alienæ: Cū aliis nō li  
cet. non enim dicere liceret domi publicæ domi priuatæ. domi honeſte  
domi paternæ. domi maternæ habito &c. Sed ita domi illius. domi caſa  
ſeris. domi patris &c.  
domus duos genitiuos habet domi & domus. i datiuo domui. in accuſa  
tiuo domū. in ablatiuo domo &c.  
Domi uel in domo ſum dicimus. Reuertor domū uel ad domū. Ex eo do  
mo uel e domo.  
Donaria non locus reſpoſitorium donorū ſed ipſa dona licet ſeruius dicat  
ubi dona oblata ſūt: ſicut lectiſternia dicuntur ubi homines in templo ſe  
dere cōſueuerūt. hac lau. Tu uero aliter in lima leges.  
Donū uide munus.  
Donatio uide ueni in opinionem.  
Donec duobus modis accipit: dabo opam uoluptatibus donec moriar. i.  
uſq; ad mortē Et dabo opam uoluptatibus donec uiuo. i. q̄diu uiuo eiuf  
dē nature eſt dum ideoq; i priore ſeſu amat ſubiunctiuū in poſteriore  
indicatium more donec: ut apud Ciceronē. deinde eſt in carcere ductus  
ut ibi eſſet tranſper dum Culeus in quem coniectus deferretur. Terē  
tius ego tranſper te dici uolo meum: dum ut quod uolo facis: Et aduer  
tendum Tranſper ſere poſtulare poſt ſe dum pro donec ſiue q̄diu: ut  
patuit. Sūt tamē qui pro tantū mō accipiāt: Sūt q̄ etlā p iterea. Cætera  
quoq; ſic a per compoſita ad temporis breuitatem referuntur Parūper

pauliſper. aliq̄tiſper. Sunt qui per imperitiā accipiunt pro ſuis primi  
tiuis: quæ ſunt parum. paulum aliq̄tulum.  
Dono tibi munus: & dono te munere. dicitur.  
Dormitorium locus ubi dormitur.  
Ductilis uide Verſatilis.  
Dudum & Iam dudum de paruo tempore: unius horæ: aut ſemihoræ.  
aut duarum horarum: certe breuiſſimi temporis. Nuper ſiue pridem &  
Iam pridem de longiori tempore dices: aut uiginti dierū: aut menſis mē  
ſium ue: & non nunq̄ annorum: pro conditione materia.  
Dudum & Nuper ſeu pridem de re ſiue actione quæ non inſiſtit: ſed ſta  
tim tranſit. Iam dudum & Iam pridem de re ſiue actione: quæ inſiſtit & i  
moratur. Illa præteritum uicq; poſtulant: hac frequentius præſens: non  
nunq̄ etiam præteritum dudum intraui: & Iam dudum te expecto. id eſt  
hora aut ſemihora eſt: uel duæ uel tres. uel ut multum quattuor: ex quo i  
traui & ex quo te expecto. Sed ipſa actio intrandi non inſiſtit: ac ſtatim  
deſinit. Secus autem expectandi actio. Item Nuper ex ſicilia redii. i. ſu  
perioribus diebus menſibus ue ex ſicilia redii: & iam multi dies ſunt. uel  
aliquot menſes ex quo abſum ex ſicilia uel ex quo ex ſicilia redii: hic con  
tinuatio intelligitur temporis: illic inime. hic ſignificatur mora qua in  
hoc loco immoratus ſum. illic momentum illud applicationis. Cæterū  
quia dixi Nuper & Iam pridem non modo menſes complecti: uerum  
etiam annos. tale exemplum ſit. Nuper inuenta eſt machina: quæ bom  
bardam uocant. id eſt non multo tempore ab hinc. Iam pridem Bom  
barda in uſu eſt hoc eſt iam aliquanto ab hinc tempore in uſu eſt. Ali  
quando apud poetas legimus Iam dudum pro continuo. Virg. Iam du  
dum ſumite poenas. Rarius Iam pridem: ut fecit lucāus: Tollite iā pridē  
uictoria tollite ſigna niſi iā pridē uictoria dicas. Pridem autem & Nup  
idem ſignificant. e autē Nup nō lōgo tempore a nunc. interdum non lō  
go tempore a tunc.  
Dum uide donec.  
Dumtaxat idem ſignificat: quod Solum. Cicero de orat. Ita loquamur ut  
ei tradamus ea dumtaxat: quæ nos uſus docuit.

.E.



**E**cce & En in eadem pene significatione amant nominatiuum & actiui. apud cōicos uero Hem p en affectui seruiēs quo oratores non utūt. Adiūgunt autē En Nomiatiuo pariter & accusatiuo: tū indicādo tū exprobrādo Indicādo Vir. En priamus sunt hic ēt sua præmia laudi. Exprobrādo: En agros: & quā bello troiane petisti Hesperiam mæare iacens. Iuuenalis: En habitum. Oratores sapius exprobrādo & sapius pntūm: Quin. En improbitas. Cicero: En crimen: en causa: Ecce similiter cum utroq; casu Iungitur. Ut idem: Ecce tibi status noster. Cum accusatiuo autem non memini me apud oratores legisse: sed ne apud poetas quidem. Sed demus alñ reperiri: ut semel apud plautum i bachidibus: Opus ne erit tibi aduocato: tristi: iracundo Ecce me. Vergilius item ait. En quattuor aras: Ecce duas tibi daphni: duosq; altaria phœbo. Sed de p sa magis dubitare me dico.

Eccum Eccam: Eccos Eccas: Ellum Ellam: Ellos' ellas: ab ecce composita sunt & secum uidentur gerere casum: sed non gerunt. Quæ priscianus ita resoluit. Ecce cum: Ecce eam. Ecce eos. ecce eas. ecce illum. ecce illā. ecce illos. ecce illas. Sergius quoq; commentans donatum ait: Nihil significat ellum nisi ecce illum. Pauloq; post: Ergo cum ellum sit ecce illū: Ellam ecce illam: nihil possumus dicere: nisi magis demonstratiue. Sed re uera resoluantur per aduerbia non per pronomina: Eccum ecce hic subintellige uirum: de quo agebamus. Eccam ecce hic subintellige foeminam: de qua mentio erat. Ellum Ellam: Ecce illic uirum foeminam ue subintellige: de quo de qua ue agebatur. Ellū igit parmenonē significat ecce illic parmeno siue parmenonem.

Eabus pro eis quidā ueteres dixerunt.

Edicere est magistratum regum ue: Vnde Edictum consulum sunt litteræ consulū: quibus aliquid iubēt: atq; imperāt. Indicere autem proprie est denuntiare: ut indictum est bellum: Indixit romulus spectaculum.

Edisco uide Discere.

Effabilis dictu: uide Miserabilis.

Effingere est ad alterius formam fingere: Et quodammodo fingendo representare. Quintilianus: Nam mihi uidetur. M. Tullius cum se totum ad imitationem græcorum contulisset: effinxisse uim demosthenis: Copiam platonis: Lucunditatem Socratis. Fingere proprie est figuli: qui formas ducit ex luto: Inde generale fit uocabulum ad cætera: quæ inge-

nio manūq; hominis artificiose formantur præsertim inuitate & noue. Effigies figura ad uiuam alterius similitudinem uel ad ueritatis imaginem facta tam in picturis: q̄ in sculpturis. Nomen est ab effingo.

Eheu: uide hei.

Eiulare est uoce sublata flere: quod magis mulierum est proprium. Vociferari est uoce effrenata non mō dolorē: sed etiam indignationē. (q̄q̄ Indignatio doloris genus est) ostendere. Interdum sine affectu: sed tam cū hementius exclamare. Lamentari est uoce querula & tristi oratione cladem testari suam. Flere est lachrymis: ideoq; tantum hominum: ut ridere. gemere est pectore quum præ angustia in sonum prorumpit. Ideo & iumenta sub nimio pondere gemunt. Et inanimata quoq; cum nimis honusta sunt gemere dicuntur Virg. gemuit sub pondere cymba. Plorare est uoce flebili & effusa dolorem suum apire. Vnde Implorare ē plorando opem orare. Plangere est percussione & uerberatiōe pectoris. capitis uultus. aliorum ue membrorum se in dolore affligere: regitq; post se accusatiuum: Ideoq; per translationem dicuntur fluctus plangere littora: quasi ad declarandum dolorem in modum lamentationis.

Eleuo: uide leuo.

Eligere uide Deligere.

Elogium est testificatio de aliquo: siue uituperationis: siue honoris causa. Vituperationis: ut Quint. Non est Iudices q̄ putetis ideo nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis elogiū: q̄ de scelere constaret. honoris cā ut. M. Tullius: Quid elogia sepulchrorū. Pro simplici quoq; sentētia suā testificatiōe legitur. Cicero: Solonis quidem sapientis elogiū est: quo se negat suam mortem dolore aicorū & lachrymis uacare.

Ellum uide eccum.

Emeritus: uide Mereor.

Emigrare uide Commigrare.

En: uide ecce:

Eo magis: uide hoc magis.

Epulæ: uide Dapes.

Ergo atq; Igit̄ breuioribus adhibēt cōclusiōibus. Quare quāobrē. quapropter maioribus: nisi ita dicas Nescio quare sic loqueris. intelligo quā obrem sic facias.

Ere publica est: id est pro republica est.

Erepublica dicendū est: ut in oratore Cicero testatur: non ex rep. tollitur



enim. x. sicut in omnibus fit fere: quæ ab .R. incipiunt. ut E regiōe. idest ex opposito: uel ex aduerso atq; contrario. Non ex regione. E re mea. E re tua. e re nostra. Similiter e dignitate. ex utilitate. ex usu. p eo qd esset pro dignitate: uel ad dignitatem: utilitatem: uel usum. Cicero: ex tua accip. dignitate facies. E renibus laborabat Cicero inquit: hoc est morbum in renibus patiebatur.

Eripio quoties habet cum accusatiuo datiuum: fere in malam partem accipitur: Vt eripuisti mihi omnes beneuendi facultates. Quoties uero ablatiuum cum præpositione A uel ab: siue abs. plerunq; in bonam: ut Eripuisti me a periculo. Interdum i malam: ut eripuisti a me filiam. differt autem a. Præripio: qui enim aliquid aliteri eripit: potest id non i suo usus eripere. Vt eripuit illi uitam. Qui uero præripit: in suos proprie usus capit. Neq; præpositio illa antecessionem tēporis declarat. Nō nūq; significat ante capere: sed magis in passiuo. ut immatura morte præceptus non potuit præstare qualem promiserat regem. Sūt hæc uerba plynio de uir. illust. quasi dixisset immatura morte præuentus. Præterea præripio nunquam postulat sibi talem ablatiuum: qualem Eripio solet: ut patuit.

Errabundus: similis erranti. Priscianus enim. li. iiii. inquit: in bundus desinentia similitudinem habere significant. ut Virabundus similis uitanti. Moribundus similis morienti. Errabundus similis erranti. Aulus Gellius autem scribit Appollinari uisum esse particulam istam extremam in quam uerba talia exeunt uim & copiam & quasi abundantiam rei cuius d uerbum esset demonstrare. ut letabundus is dicatur: qui abunde letus sit Et errabundus: qui longo atq; abundanti errore sit. Vt autem Casellius eodem Gellio autore scripsit. ludibundus Errabundus ridibundus idem est quod ludens: errans ridens Casellii sententia & breuior est: nec minus fortasse uera q̄ illa siue gellii siue appollinaris: Cum frequentissimè sic accipiantur Populabundus populans Errabundus errans rubicundus rubens. Sed non nunq; ut gellius ait uehementiam significant.

Escam uide past o.

Essendi: Stulti quidam aiunt: Causa essēdi rex. essendi regis. essendi regem: Cum nusquam essēdi reperiatur. Et si reperiretur: non regeret casum sicut manendi: uiuendi. existendi.

Esurio cupio eē. nā cōmodius dēsideratia atq; optatia uocarēt ea q̄ noiant meditatia i. rio. pturio esurio. Cicero utinā aliqui dolor pp liro. piat qd iū diu pturit.

Liuius: Et quod diu parturit animus uel ter aliquando pariat. Quintilianus: Pater filios esurit. Martialis: Coenaturit uacerra non cacaturit. i. coenare cupit: non &c. Vel dicamus hæc accipi pro primitiuus. Scaturio magis pro suo primitiuo scaturit ponitur. quod est non solum aquarū: sed herbarum cæterorūq; sua sponte hubertim nascentium.

Et multifariam accipi solet: Cuius conditionis est q̄. Virg. Audieras & fama fuit. Quintilianus: Has primum audiet puer: harum uerba effingere imitando conabitur: Et natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus aī pcepimus. Et p q̄ accipiēdū est. Duplicat iterdū sed in rebus diuersis uenustius: ut te admirat & ciues & hospites. Initiis quoq; sūnarq; cōpetit. Quil. li. i. Et finitæ qdē sunt partes duæ: q̄s hæc p̄fessio pollicet. Interdum etiam affectui seruit. Cicero pro Milone: Et sunt qui de uia appia loquantur taceant de curia. Idem: Et postea miramur quare moleste ferat populus ro. Et pro etiam apud Ciceronem nusq; reperitur: sicut in cæteris illo posterioribus. Virg. Natus & ipse dea. Quintilianus: sit hostis & meus. Cicero dixisset: Sit hostis etiam meus. Vel meus quoq;.

Et si. Quauquam. Quauis. licet: eiusdem significatōis sunt: aliquid i utēdo discriminis habent. Nam prima duo semper asciscunt sibi indicatiuum dumtaxat in principio statim Orationum. Epistolarum: librorum Alia duo in hoc loco raro. In cæteris omnia indifferenter. Cicero p Milōe: Et si uereor iudices et i ep. ad acticū: Et si nihil noui afferēbat. Idē d officis: Quauquam te Marce fili annum iā audiētē Cratippū: idq; athe nis abundare oportet præceptis institutisq; philosophiæ. Lactantius tamen secundum librum de Institutione sic incipit. Quauquam libro primo religiones deorum falsas esse monstraui. Alia duo magis postulant subiunctiuum: Non nunq; tamen & indicatiuum. Vt apud horatium sic quædam Epistola incipit: Quauis læua satis per te tibi consulis & scis. Et apud Quintilianum declamatio: Quauis Iudices in tanta malorum continuatione iam poteram nihil ex accidentium meorum nouitate mirari. In aliis partibus q̄ in principiis parem omnia hæc locū sortiuntur. præterea Et si ac Tamet si idem sūt plynio ad cornelium priscū: Dedit enī mihi q̄tū maximum potuit: daturus amplius si potuisset. tametsi quid homini dari potest maius q̄ gloria laus & æternitas: hic nō posses ponere licet & quis.

Et appellant te homines sapientem: & existimant. Te malum esse & dicunt & sentiunt. Illū & putant probum: & loquuntur. Hi & habentur



mali & appellantur. Diligentia honores & gignit & continet: Studio literarum & parantur: & conseruantur.

**Euētus** ī singlari gñeris masculi & decliatōis quartæ ē. Eius pl̄alt. M. Tullius sepissime ī neutro. g. & decli. sc̄da utit̄. ut euēta euētōz. euētis. Quidam plane imperiti euētum aiunt significare principium: ut apud Ouid. Exitus acta probat: careat successibus opto. Quisquis ab euētū facta nota putat. Illud enim exitus acta probat uox est accusatiū phillidem argumento: quod dicitur a casu. eos enim phillis ipsa execratur dicens careat successibus opto quisquis a casu & non a causis aliquid laudat aut uituperat. hęc lau. Tu aut uideto In lima.

**Euidens** negocium dicitur: quod uidetur & aperte intelligitur non quod uidet & intelligit.

**Euelare** est rem uelatum detegere.

**Euoluere** libros: uide liber.

**Exaudio** uide Audio.

**Exautorare** est ducem ab imperio suo dimittere: uel missum facere militem: illumq; donare missione militiæ plerunq;.

**Excedo**: uide decedo.

**Excogitare** est per cogitationem inuenire: idq; ad res tantum incorporeas pertinet: ut excogitauī argumenta: rationes figuras: causas. est igit̄ Excogitare consilii. Reperire uero fortunæ. ut Ouidius: Tu non Inuenta: reperta es. Sed iam usus optinuit ut idem reperio sit quod Inuenio. Est autem Inuenire uel consilio uel casu siue corporea siue incorporea reperire. Offendo fere quod Reperio: Cicero: Sed tamen neminem tam maleficum offendi &c. Nactus sum etiam pro inueni: siue reperi: frequenter accipitur. Cicero de uite: Quicquid est nacta complectitur.

**Excogitare**: uide etiam cogito.

**Excretus** ab exresco est. hic excretos hædos uirgilius dixit. participium est ī uoce passiuā actionem significans.

**Excubiæ** diurnæ & nocturnæ; **Vigiliæ** tantummodo nocturnæ.

**Excusare**: uide causari.

**Exemplum**: inquit festus: est quod sequamur: aut uitemus Exemplar ex quo simile faciamus. Illud animo aestimatur: istud oculis conspicitur. Mihi autem: licet festus scientissime de exponendis uocabulis loquatur: aperienda tamen est magis horum nominum differentia. Nam & Exemplum est ex quo simile faciamus. ut Opera homeri Exemplum sūt poe

mata scribere uolentibus. Quintilianus. li. x. Rustici probatam experimento culturam in exemplum intuentur. Et exemplar animo quoq; estimatur. Cicero de oratore: Illa oratio fuit mihi exemplar benedicendi. Ceterum Exemplum est ipsa res quam imitamur: aut si ita fors tulerit deuitamus in aliquo: ut in catone Cato autem ipse exemplar: illud contentum: hoc continens. Quod si indistincte his duobus licet uti non sane repugnabo. Reperitur etiā exemplarium pro exemplar. Plinius. li. vi. Iuba hæc omisit in hoc tractatu: nisi exemplariū uitiosum est.

**Exhæredare** uide Abdicare.

**Exhibere** illi negocium: Et facere uel faceere negocium: est alterum molestia ac labore afficere: frequenter quidem p̄ accusationem. Cicero. li. iii. off. Quod quum audisset adolescens negocium uidelicet exhiberi patri: hoc ē patrem accusari: uel modestia laboreq; affici. Quintilianus. li. v. Quando si negocium innocenti facit liberet eum noxa qui admiserit. idest si innocentem reum facit. Cicero ad appium. Cum est ad nos ablatum de temeritate eorum: qui tibi negocium facefferent. idest accusarent insectarentur. ad poenam uocarent. Negocium autem sæpe pro labore apud hunc præsertim legimus. ut in. li. de. n. d. Diu ne habent negociū ipsi: nec alteri exhibent.

**Existimo** uide Aestimare.

**Existimatio**. uide Veni in opinionem.

**Existit. et Extat.** quorum unum atq; idem p̄teritum est. Simile quiddam significant quod est cminet & super est. Sed primum cum motu: Alterum sine motu. Ut illud sit prodit. uel exurgit. hoc uero supstat. Cicero de diuinatione: Summerius equus uoraginibus non existit. Item uocem ab æde iunonis ex arce extitisse. De rebus quoq; mentis existere dicimus. Ut idē in lælio: Existit hoc loco questio subdifficilis. de extare. Vnū exemplū Vergilii. li. iii. g. suffecerit. Stant circūfusa pruinis Corpora magna bouum. confertoq; agmine cerui Torquent mole noua & summis uix cornibus extant. Quo fit. ut de libris qui demortui uon sunt dicamus extare: ut extant paucissimi Varronis libri. plurimi non extant. Nam ut de homine. qui adhuc uiuit loquimur super est. quasi non subter ē. & In tenebris latet: Ita de rebus extat quasi extra stat. non intra & in tenebris latet. Cicero in orat. Quæ ut scis extat oratio.





**Exoletus** ab exolesco est: quod dum est substantiuum significat scortū ma-  
sculū: & præcipue iam adultum. Dum est adiectiuum significat adultū:  
sed raro reperitur: ut apud plautum. Reliqui domi Exoletam uirginem  
participium est in uoce passiuā actionem significans.

**Exorau** hoc munus: idem est: quod orādo impetraui. Exorau patrem. i.  
orando iduxi.

**Exhorreo**: uide Abhorreo.

**Expauesco** pro suo primitiuo accipitur.

**Expendere**: uide Appendere.

**Expeto**: uide Appeto.

**Explodo**: uide complodere.

**Exploratum** ē mihi: uide Compertum est.

**Explorau**: uide ibidem.

**Exploratores**: uide Ibidem.

**Exprobro** uerbum a Probro cōponitur: quod significat tum qualēcūq;  
culpam ī ppero: ut apud ouid. li. xiii. met. Trepidat fugam exprobra-  
uit amico. Tum ingratiūdinis Terent. i. and. Nam istæ commemora-  
tio quasi exprobratio est īmemoris beneficii. Exprobrare ergo benefa-  
cta sua est īmemorem beneficii accepti inculpare. Imputare uero sem-  
per citra reprehensionem. Quintilianus: Imputas nobis propitios uen-  
tos: & secundum mare. Imputare nō nunq̄ pro computare: Caius & om-  
ni quadrati imputanda. Reputare quoq; in Idem significatum. Vulpia-  
nus: Sumptus litis tutor reputabit.

**Expugnare**: uide Debellare.

**Ex sententia** aliqd habere: & ad uotum: licet illd uideatur rationis e ē: hoc  
affectus cuiusdam: eodem tamen fere significationis ueniunt. ut Quint.  
Habes ne uxorem ex animi tui snia: & alibi: Et ad omne uotum fluente  
fortuna lasciuit ocium.

**Ex tempore** dicere: est ex improuiso: & impræmeditatum dicere: nec do-  
mi compositam orationem afferre: hinc uocatur extemporalis oratio. p  
sius ē ait: Ex tempore uiuere: ex tempore quoq; agere. Cicero. li. ii.  
off. Quos credimus expedire rem: & consilium ex tēpore capere pos-  
se. Ex tempore quoq; exponitur ex temporis conditione. Cicero. li. iii.  
off. Vnius generis questiones sunt hæ omnes: in quibus ex tempore offi-  
cium quæritur.

**Exturbare**: uide deturbare.

**Ex uiculis** causā dicere: est alligatum respondere cōminibus: ut ex equo  
pugnare est in equo sedentē pugnare.



**Faber** mltiplex ē lignarius: & hic n̄ unius ḡnis ferarriō nec hic  
simplex: lapidarius qui & ipse in multas diuidit species

**Fabrica** ē pprie lignarii: ut aurificis aurificia: caupōis caupōa

**Facies** magis ad corpus: Vultus ad animum refertur: atq; uo-

lentatem unde descendit: Nam uolo supinum habebat uultum. Inde di-  
cimus irato & mœsto uultu potius q̄ facie. & contra lata aut longa facie  
non uultu. a quo compositum est Superficies: non sane discrepans a  
suo simplici. ut facies maris: facies terræ: quasi superficies: & facies  
hominis: quasi primum illud quod intuemur in homine. est tamen  
aliquando ubi utroq; uti liceat: ut scedata facie: & scedato uultu scissa fa-  
cie. & scisso uultu. conuersa facie & cōuerso uultu.

**Facile** pro non dubie: Cicero ī rabirio: Virum unum totus græciæ facile  
doctissimum platonem. idē pro rosio: Nobilitate facile princeps. Vbi  
aduertendum iungi cum superlatiuo: & Cum princeps quia superlatio-  
nem significat. Item cum præcipuus: cum primus: cum secūdus & si qua  
alia sūt: Quintilianus de eurpide loquens. facile præcipuus & admiran-  
dus maxime est: Sic facile primus. ul' facile summus. facile uero secūdus  
dicimus non ad ordinem respicientes: sed ad dignitatem. Quale est tu-  
es facile secūdus ab r̄ge. Hoc ē facile post regē primus.

**Facio** tē certiore: nō certum & semper facio nunq̄ ago. Vergilius tamē  
anchisen facio certum: ideo dixit quia sillaba breuis inter longas nō pōt  
collocari in uersu.

**Facio** tibi potestatem eundi & redeundi: uide indulgentiam

**Facio** tibi gratū: nunq̄ ago tibi gratum. facio ludos. facio rem diuinam. fa-  
cio sacrificium: facio solennitatem nunq̄ ago: & multa huiusmodi Item  
feci iacturam: feci damnū: feci naufragium. Vix unq̄ passus sum iacturā  
damnum naufragium. feci tamen fugam q̄ ego fugi alterum: non q̄ al-  
ter me. feci timorē: q̄ ego timui alterum: non q̄ alter me. Item feci iter  
non egi iter. Aliquando etiam feci uiam: feci copiam tibi rerum mearū  
nunq̄ agi aut dedi aut præstiti copiam. feci potestatem tibi uidendi res  
meas domesticas: nō aut dedi. feci lucrū n̄ at acq̄siui lucrū. Urinam fecit  
stercus fecit nō autē emisit.

**Facio** tibi iniuriam: & facio tibi cōtumeliā. Affico te iniuria: & afficio te  
contumelia. facio tibi molestiam non ita libenter dixerim ut afficio te

d



molestia

**Facio sermonem: uide habui orationem**

**Factio** ē diuisio ciuium in diuersa studia: quum aliqui se principes ac primarios in ciuitate efficere conantur. Inter quos amulatio est: qui & factio si dicuntur: pro se quisque quā maximam potest ciuium multitudinē quae clientes uocantur ad se trahens sibi: quouis pacto per fas nefasque conciliās quae pestis Intestina Cunctas ciuitates dumtaxat Italiae infecit. Seditio autem uel a seorsū sedando: uel ut Ciceroni placuit: a seorsū cundo dicta tunc est: quum populo secum discordante res ad manum uocatur: qualem ciuitatis statum Verg. describit. dicens. Ac ueluti magno in populo quum saepe coorta est Seditio: sauitque animis ignobile uulgus: Iamque faces & saxa uolant: furor arma ministrat. Similiter dicitur Seditio in exercitu in classe. in schola. & siquid ē tale.

**Factiosus** qui amat factiones: ut **Seditiosus** qui amat seditiones.

**Falsus** qui fallit: ut **Terentius**: Cēsen me aliquam causam fictam falsam ineptam saltem potuisse proloqui. Aliquando & passiuē. ut idē: **Charie falsus** est. i. deceptus. & **Salustius**: Nec ea res me falsū habuit.

**Fama** uide **Limam**.

**Fastidiosus** sepe actiue ab autoribus accipi solet. pro eo. s. q. fastidit

**Fatuus** plene insipiens est: tractumque est a sapore ciborum. Nam quum illi non sapiunt fatui dicuntur. ita homo qui non sapit fatuus uocatur. **Martialis**: ut sapiant fatuae fabrorum praedia betae. O quae saepe potet uina piperque coquus. Melior huius uocabuli uidetur haec causa quam ea: quae quibusdam placet. fatuos dictos qui furore quodam quali uxor regis fauni fatua nomine corripere solebat: futura predicunt: ut illa faciebat. **Stultus** autem dicitur qui imprudens est: & improvidus: multique non insipientes homines aliquando stulte agunt: **Stolidus** est: qui proxime accedit ad naturam sensuque pecudum.

**Felix** qui recipit felicitate: & qui dat: **Virgilius**: sis felix: nostrumque leues quaecumque laborem: pro eo quod est sis prospera & benigna. Vide et **Beatus**.

**Femen** uide **coxa**.

**Femur** uide **ibidem**.

**Fere** significat pene. Cuius significatio est paulum absuit quoniam. ut pene siue se se in manus hostium icidi: id est paulum absuit quoniam in manibus hostium inciderem

Altera significatio est: quum intelligitur aliqua uniuersalitas: ut **Quintus**. haec fere sunt emendate loquendi scribendique partes. i. fere omnes. Ideoque il

**Iud omnes adiungitur: ut idem**: Nam in omnibus fere minus ualent praeterquam quae experimeta.

**Fero sententiam: uide Dico sententiam.**

**Fero leges: uide ibidem.**

**Fero tibi acceptum: id est est: quod Refero tibi acceptum: pro eo quod est fateor me hoc abste accepisse: quod mihi debebas: etiam si solutio nulla intercessit. Unde fit Acceptilatio: quam Iustinianus per interrogationem & responsionem fieri uult. De refero plura uide in. R**

**Ferus** homo: qui animum ferum optinet ut: leones ursi lupi. ferox qui praeter animosus est ad certandum cum altero: & ad uim alteri faciendam atque nocendum

**Ferri** proprie quae dicuntur: uide **Agere**.

**Ferruminatur** conglutinatur. coalescit colligatur. **Plinius**. li. xi. c. lvii. & medulla Ex eodem uidetur esse: a iuuenta rubens & senecta albescens: non nisi cauis haec ossibus: nec cruribus iumentorum aut canum quare fracta non ferruminantur: quod defluente euenit medulla. Idem. li. xxxvii. Infesta plurimis uitiis scabro ferrumine & quasi glutino & commissura siue iunctura: siue ligatura. ferruminatio **Cassius** ait per eandem materiam facit confusionem: **Plumbatura** non efficit. Ut autem ostendimus ferruminatio non utique per eandem materiam facit confusionem. sed interdum quoque per aliam. **Plumbatura** per solum plumbum efficit confusionem ut ipsum indicat nomen

**Fessus** uide **lassum**:

**Festus** dies potius quam festiuus. Res festiua potius quam festa. Nam festus festa festum ad diem festum pertinent. festiuus festiua festiuum res iucunda & lepida. Ut oratio festiua dictum festiuum fronde festiuam legimus non quae ad festum comparata sit: sed quae iucunda & laeta. Nam & festam frondem uocamus: quae festis adhibetur. festiuum multi pro festo accipiunt

**Fictile** uas quod fictum est a figulo non quod fingi potest.

**Fictitia** ratio quae ficta est.

**Ficus** pro fructu in secunda declinatione dicitur & quarta. **Horatius** pinguis & ficis pastum iecur anseris albi. **Plinius** ad **Ruffum**. Quae nunc cum ficis & boletis certamen habet. **Martialis**: Res mira est: ficus non habet unus ager. **Plinius**. li. xv. Cum & obsonii uitae habeant recentes ficus. ficus item pro arbore et secunda & quarta decl. legitur. **Iuuuenalis**. Steril mala robora fici. **Cicero** de oratore **Vxorē** suam suspendisse se de ficu. pro uitio autem secunda est declinationis & generis masculini. licet **Priscianus** quartae esse uelit:

d ii



**Ficulus** ficulna ficulnū pro materiato ex ficu dicitur. ut a populus populus. & a corylus colurnus. & ab abies abiegnus. ab ilice ilignus  
**Fides** dicendum est non fidis in nominatiuo. Pompeius enim testis ita scribit: fides genus citharæ dictæ q̄ tantum inter se chordæ eius: quantum inter homines fides concordet: Ergo fides dicendū est: cuius diminutiū fidicula uel parua cithara uel chordula. Fidiculæ uero ī plurali pro instrumento torquendi: ex duobus ut reor & obliquatis lignis compactum: uel ex torquenda fide ac ueritate. uel a neruis funibus uinculisq̄: q̄bus a dillū modū homines torquendi a ligatur.

**Fides** proprie latine dicitur probatio ut facio fidem per instrumenta: per argumenta per testes. fides etiam pro credulitate accipitur quale est habeo tibi fidem: Recte igitur etiā nra religio nominata est fides.

**Fiens** in simplici suo nō reperitur: nec quod ab hoc formaretur fiendum  
**Dicimus** itaq̄ calefcens & calefaciendus. Nec desunt qui fiens utantur sed in compositione. Ut in psalmo undecimo: & factum est cor nostrum tanq̄ cera liquefcens in medio uentris mei: idq̄ aliquiesio est. A liquefco uero liquefcens eiusdem significationis cuius liquefcens: passiuè enim accipiuntur.

**Filiaster** quidam utunt̄ p̄ priuigno: q̄ imitat̄ filiū. Illa enim diminutiua q̄ faciūt ī aster imitationē potius significāt q̄ diminutionē. neq̄. n. ea ratione dicit̄ oleaster q̄ sit parua olea sed q̄ siluestre oleā imitatur. Vide etiā in Antoniafter.

**Filiusq̄ Natus** oratores sæpius dicūt: sæpius etiā pater q̄ genitor: Materq̄ genitrix. Sed parēs p̄ utroq̄. Etiam sæpe homo potiusq̄ uir: quale hoc ē: illi deduxerūt hoīem in palestrā Poetæ potius e cōtrario historici mediā quandā uia tenēt.

**Fingere**: uide effingere.

**Fissilis** arbor: fissile lignū: fissile robor: tū q̄ si fissū cuneis. n. dicit̄ fissile lignū tū quia finditur: quasi fissibile. plynus. li. xvi. hæc maxie fissilia: alia frāgi celeriora q̄ findi. idē paulo post: Nullisq̄ fissile rimis hoc lignū: hoc est fissum:

**Focenero** tibi dicit̄: sicut mutuo tibi: foceneror abs te: sicut mutuo abs te. Qui mutuatur pecuniā dat mutuo. Qui focenerat: pecuniā dat ad usuram  
**Qui mutuatur** pecuniā mutuo accipit. **Qui foceneratur** pecuniā ad usuram accipit hec lau. Tu uero aliter in lima leges.

**Foceneratitia** res: quæ ad foenus pertinet

**Foenus** dicitur naturalis fructus terræ: postea autē ad usuram translātū quasi pecunia per se fructū producat: sicut terra.

**Foetus**: uide Catuli.

**Foetuosus** a foetus dicitur non foetosus: quæ enī q̄rtæ sunt declinationis assumūt. u. ut uultuosus fructuosus.

**Foetura** uide ibidem.

**Folia** uide frondēs.

**Formidolosus** pariter actiue passiuèq̄ accipit̄. Terentius: egon formidolosus: idest ego ne qui timeam Salutiū Regibus boni q̄ mali suspectiores sunt: semperq̄ iis aliena uirtus formidolosa est idest quæ formidat̄  
**Fore** quidem habet uocem infinitiui: ut Esse. significationem uero participii: quod est futurum una cum infinito esse. idem est enim fore quod futurum esse non tantum esse licet forem fores foret: idem sit: quod essem esses esset. quare cum nomine iungi debet fore non cum participio: ne duo participia simul confundamus ut Spero te amatorem uel amicum fore: Non autem amaturum fore sed tantum amaturū: ne uidearis hoc dicere: te futurū amaturum: quod ratio non patitur: cum futurū super uacuum sit: Item de participio passiuo futuri. Timeo te uerberandum fore satis erat uerberandum. ul̄ adiuncto infinito uerberādū esse: Participia autem presentis temporis & preteriti sæpe cum fore iunguntur si illa in nomen transeunt: ut Spero te sapientem fore: Credo me amantem tui fore: Non te: seruat enim naturam nominis non participii: opinor te acceptum illis fore non ab illis. Quando etiam futuri participium passiuum in nomen reuertitur: tūc recipit fore. Ut Spero hunc puerum admirandum uirum fore. i. admirabilem. hæc lau: Tu tamen ī lima de fore cum participio passiuo futuri aliter etiam leges.

**Flagella**: uide pulsare.

**Flagito** uehementer & plusq̄ postulo: Ut Cicero pro Quintio: Quāq̄ hoc causa postulat & si postulat: non tamē flagitat. Postulo autē est quodammodo requiro: ut res locus persōa tempus causa postulat: & tanq̄ restutam peto. Curtius postulabat autem magisq̄ Petebat nisi accipimus ut uarro apud seruium uult humiliter petebat Sic enim ait: poscere est cum aliquid pro merito nostro deposcimus: Petere uero est quum aliquid humiliter & cum precibus postulamus. petere praterea est in bonum & in malum: ut pater laudē filii petit. Multi filii petūt mortem patris Peto utiq̄ cū abltō in malā ptem accipitur: ut peto te gladio: peto te ueneno:



peto te insidiis. Nā illud apud Vergilium Malo me galatea petit lasciva puella: Idem ē quod malo me incessit: & pomoruin iactu percutere me solet. Posco est proprie rem debitā & honestā peto. Inde reposco quod est rem meam: & quod mihi debes reddi peto. Expostulo ē cum queres la apud amicos requiro: & quasi officium amicitiae in alio desidero: ut Teret. in adelphis. Quam ipsi fecerunt ultro iniuriam expostulant. sed frequentissime post se habet ablatiuum seruiete prepositione Cū. ut qd habes quod mecū Expostules

Flagitiū proprie in libidine est: quasi flagris dignum crimē: sed pro ceteris quoq; peccatis accipitur: nec tamen turpibus: uerum his etiam quae negligentia imprudentiam: obliuionēq; cōmittuntur. Vt Cicero in Bruto: Tantam ne fuisse obliuionem inquit in scripto presertim: ut ne legēs quidem seferit q̄tum flagitiū admisisset. i. erroris.

Flere: uide eiulare.

Flexilis ramus: flexiles uites: q; flexae sūt & lapsu erratico torquetur

Fluuiatilis piscis incola fluuii.

Fraterculus a frater diminutiuum est. ut a pater paterculus. A mater matercula.

Fraudulosus qui fraudē facit: quod a fraudula diminutiuo uidetur uenire potius q̄ a fraude.

Fregit nauim. fregit brachiū dicimus: quasi ipse fregerit & ipse egerit: & n̄ potius passus sit. Terentius: Is fregit nauim apud andrū.

Fremitus dicitur ex alto mari sonus fluctuum: & i populo murmur. Item uox oratioq; & indignantis & excandescens: & q̄si humanam uocē praeracūdia isnitantis. Strepitus fit ex corporum tactu: ex collisione rerum & multarū uocum in unum cōfusione: si modo non sit immodicus: tūc enī fremitus dicitur. Stridor est acrior & quasi sibilans collisio. Strepitus tū proprie pedū ambulantiū manuumq; aliquid pertractatiū sōus est. Crepitus autem quid sit: uide in. C.

Frequentē locum dicimus quē frequentare multi solent: ut urbs frequēs platea frequēs: ubi multi homines aut habitāt: aut diuersātur. Quando aut de persona aut de re aiata loquimur duobus modis dī: Vel de sola sic: Sit miles frequēs spectator pliorū. i. creber & assiduus. Vel de turba sic frequēs pplus frequēs senatus. i. copiosus & multus. Et qdē cū noie collectiuo

i singulari: cū ceteris uero i plurali. ut frequētes elues: frequētes senatores: hoc ē multi & nūosi. Verūm quum dico sis frequēs in uo actionem Quum dico frequēs locus passionē. Ille frequentat. hic frequētat

Friget idem quod frigidus est.

Fretus significat cōsilium: Vt fretus fortasse familiaritate: quae ē ei tecū: ausus est confiteri.

Frōdes arborū sūt tantū: folia autē & arborū & herbarū & florū quoq; haec lau. Tu uero aliter in lima leges.

Fructuarius cuius est fructus.

Fruges quicqd ex fructu terrae i alimoniam uertimus. Seges uero ē corū seminū. ex qbus cōficitur p̄is: nondū demessa. Nō nunq; s̄baetā humū ad accipiēda semina segetē uocamus. Vergilius. Illa seges demū uotis respondet auari Agricola: bis quae solē: bis frigora sentit.

Frutex est: qui ad iustā magnitudinē arboris nō assurgit: & statura similis ē multis herbis. sed non demorit: neq; arescit ut herba: sed perēnis ē. inter frutices ē soboles quoq; illa arborū & plātula. Hinc fruticari uerbū: q̄ si fruticē renasci ex arbore. M. Tullius ad Atticū: Excisa ē enī arbor nō euulsa: Ita q; q̄ fruticetur uides. Nā illud quod saepe legimus fruticari pilum trāslatum est.

Frui & Vti hoc differāt: Vti ē alterius rei gratia: frui nullius: sed pp se. qui fruitur gescit & cōtentus ē: Qui utitur nunq; cōtētus ē: sēper q; ulterius tendit. Ideoq; reprehensus ē Annibal: qui cū posset uti candensi uictoria frui maluit. Vtor armis: uitor domo. uitor libris uitor studio. diligētia. opa q; ex hoc postea emolumēti aliquid boniq; cōsequar. fruor bonis meis fruor tuo aspectu. tuo alloq; tuo cātu. hoc ē delectationē uoluptatēq; p̄cipio ex hac re: atq; ex huius rei usu. Dicimus tñ n̄ nunq; utimur p̄ frui mur. Vt uitor p̄ae triticeo uitor ficis. Deniq; frui ē delectationē cape ex utēdo Ita q; i idē recidūt: frui. delectari uoluptatēq; cape Vtor significat ēt cōuersor Cicero ad celiū: fabio uiro optimo & hoie doctissimo familiarissime uitor. Et inde fit Vsus: ut usus fuit mihi tecū. i. cōuersatio. familiaritas. & consuetudo. Quintilianus: Mulierem cum qua longa cōsuetudo seu longus illi fuerat: usus. ponitur item Vsus pro utilitate & fructu Nam solemus saliqua re ideo uti ut ex ea fructū percipiāus Fūgor aut idē ē quod officii mūusq; ago: ut fūgor magistratu. p̄tura: legatiōe tūgor offō



delegato: uel munere iudicis. fungor uero uita q̄ fungor officio uitæ: & munere administrandi gubernandiq̄ corpus. Inde Defunctus est uita: id est finiuit officium uitæ. Legimus etiam Defunctus morte. i. mortem finiuit. Et defunctus periculis: q̄ finita sunt pericula. Et defuncta morbis corpora: q̄ finita sunt morbi corporum. De potior autem Vide in. p. 9

Fuluafter fuluii imitator.

Fundus continetur ab agro: Singula enī prata singulæ uineæ: singuli hortus: singula oliueta. pomaria. salicta. arbuta. pascua. nemora. loca aucupatoria. uenatoria. piscatoria. siue uillam atq̄ ædificium. siue piscinam. siue aluaria. siue uiuaria habeant siue non habeant: singuli fundi sunt: & hoc quidem in agro: Ager enim continet fundum: non continetur a fundo.

Fundum est ima pars rei: proprie aliquid liquorum intra se continentis: aut ad continendū factæ. ut dolium ut nauis. ut alueus uel fluminis uel lacus: uel stagni. uel maris. Nam fundum turris ut quidam scripserunt ipse non dicerem. fundamentum ut omnibus liquet aliud est q̄ fundum. Et tamen fundare magis ad fundamentum q̄ ad fundum pertinet. fundamus enim domum non nauim aut dolium. Fundare & fundamenta iacere differunt: q̄ fundare est ualidis fundamentis fulcire: fundamenta uero iacere quasi qualiacunq̄ fundamenta facere: & quodāmodo dare rei principium. Suetonius de uita Caii: In ara capitolina nouæ domus fundamenta iecit: & per translationē Cicero: In quo templo quantum in me fuit ieci fundamenta pacis.

Fungor: uide frui.



Audere proprie est intrinsecus: Latari extrinsecus.

Gemere: uide Eiulare.

Gemmas plynus omnes lapides pretiosos (præter Margaritam) nomine uno: q̄d tantū latina lingua habet: appellat. Est autem Margarita siue Margaritū quæ in concha nascit: Et cōchylīū dicitur: quā uulgo plā appellat. hæc et uocat Vnio: ut idē plynus ait: quā nūq̄ nisi in disticta reperiatur. Estq̄ generis masculini. Nam scemini illud quo nūc quædam pro unitate utuntur. nec autoritate nititur: Nescio enim apud quem reperitur. Nec arte. Cum deberet esse masculini potius gēus: ut Talio Stellio Curculio. Lapillus autem generale nomē est omnium paruorū lapidū sed sub intellectuē pretiosum: Idem quod gemula.

Genatmenbrana illa dicitur & quasi uestis: qua oculus tegitur: quum cōniuit. i. aperitur & clauditur: hoc est. n. Cōniuere. Mala uero illud inter genam & buccam quasi rotundum in specie mali. Cuius interior pars quæ oris hiatus efficit: ubi molares affixi sunt: Maxilla dicitur: nomen diminutiuum non re sed uoce. Malam quoq̄ genam dici plynus fatetur. Ait enim Infra oculos Malæ homini tantum: quas Prisci genas uocabant idē q̄ dens ille intimus & ipsi genæ affixus genuinus dicitur. qui quia maxime patet ea re factum est iam tritum uetustate prouerbium. genuino rodere dente: id est latenter per inuidiam carpere famā alterius:

Generaliter significat omnia simul quæ sub genere sunt amplectendo: generatim uero per singula genera: seu magis per singulas species. Siquidē species genera uocamus ut quot sunt genera arborū: quot sunt genera uinum: potiusq̄ quot sūt species. uergilius. generatim discite cultus

Genitrix uide filius.

Genuinus dēs uide gena:

Gēnius omnis aut actiue: aut passiuē accipitur: Adde etiā possessiue: q̄d pene pro actiue accipio. Actiue ut prouidentia dei: bonitas dei. passiuē ut timor dei cultus dei. ibi deus prouidet: & benigne agit. non ipsi prouidetur & benigne fit. hic timetur & colitur: non timet nec colit: possessiue sedes dei regnū dei. Atq̄ ut in huiusmodi oratione intellectus apertus atq̄ unus est: ita in illis ambiguus & anceps: Amor dei charitas patris suspicio uxoris. Dubium est de utro loquaris. an de amore: quem deus in nos habet an de eo: quem nos in eum. de charitate patris in filios an filiorū in patrem. De suspitione maritali: an de suspitione uxoria.

Gerundia licet a participiis differat tñ prope inter participia numerari possunt. Supina inter uerba: Meritoq̄ participialia uocata sunt: Nam & casus & genera habent: ex quo uerba non sunt: sed participia siue participialia: Regunt præterea casū morū uerborū participiorūq̄. ex quo nomina non sūt: post se inq̄ regunt. non ante:

Gerundia differit a participiis: q̄ ipsa significant rei administrationē sine tempore. Illa uero tempus sine rei administrationē. Ut tenet me occupatio iuris dicendi: gerūdi est nec tēpus significo futurū sed rei administrationē hoc ē iure dicendo: Rursus tenet me cura dotis nūandæ. i. quæ numeranda est participiū est futuri significatiuū sine administratione rei.

Gerūdia nō regunt passiuē: sed actiue.



Gerundiantis carere dñr: Variat itaq; per oēs obliquos: numerosq; & genera. Nā ut ego sentio hac oia habet i gto. ut delectatio fruēdi principatus: fruēda puincia: fruēdi i perii: Molestia educādoꝝ filiorū: locādaꝝ filiarū: colēdoꝝ pdiorum. Regitq; is gñs aliqñ casū. Cicero: Equidem efferor studio patres uestros quos colui & di' exi uidendi. In Datiuo: uaco agro colēdo: Vinearū pastināda: nemori succidendo. In plurali una uox est triū generū: Ut uaco agris uineis nemoribus procurādis: Qui casus regimen non habet: Absurdū sit nāq; dicere: Do operā colēdo agrū: uel legēdo librū. In Accusatiuo: ut eo ad salutādū fratrem: ad salutādā sorore ad salutādū fidus. ad salutandos fratres. ad salutādas sorores: ad salutanda sidera: Quod elegantius dicitur q̄cū regimine: ut eo ad salutandum fratres: ad salutandum sorores. ad salutādū sidera. Per alias quoq; prepositiones similiter: Sed Inter raro habet cū gerūdio substantiuum: rarius regimen. Ut liuius. li. ii. Et ipse inter spoliādū corpus hostis ueruto percussus. Et iterum: Inter accipiēdas de suis cōmodis rogatiōes. In ablati uo sine p̄positione: Ut sit Iniuria fidi dño: uel defringendo ramo: uel ligno incidendo. Res eunt ordine lite aestimāda. i. quū defringitur ramus quū Incidit lignū. quū lis aestimā. Vel defringendo ramū. incidendo lignum. aestimādo litem. Sed frequētius usi sunt ueteres ablati uo plurali: in tali genere sermonis. Ut Cicero: Orationē autē latinā p̄fecto legendis nostris efficies pleniorē: Id est legēdo nostra: Nā in singulari solebant sapius apponere p̄positiōem ut in cōmittendo p̄lio. *Gerundii* Gerundii Accusatiuus cum p̄positione non tantum actiue accipi solet: Uti tu es idoneus ad discēdū: sed etiā passiue: ut hac res facilis ē ad discēdū. Gerundii Accusatiuus iungitur frequenter cum ad raro cum In. Item frequenter cū ob. pp. & inter. raro cū ante. Ut uado ad capiēdū hostem: & In capiēdū hostem. Ego ueni ob te: uel p̄pter te redimēdum. Inter nauigandum pro in nauigando saepe legimus. Vergilius: Et Inter agendū Occursare capro cornu ferit Ille caueto. Idem: Nanq; ante domandū Ingentes tollent animos. Deniq; cum accusatiuo fere semper iungimus p̄positionem. preter pauca quaedam: quae sunt loco. Conduco. Mādo Curro habeo pro debeo & siqua sunt alia: ut faciendam sepulturam locarent. i. darent alteri faciendam. uel ipsi locarent se ad faciendum. utrūq; enim significat: non participium est: sed gerundium illud faciendam. Illa autem participia in nomen transeuntia: putaui ad te scribendum: exi

stimauit hanc rem tractandam. censui tibi illud significandum. i. dignum scribi: tractari. significari.

Gerundii Ablatiuo seruit in frequenter: Cetera rarius. de. ex ul' e. a. ul' ab & Cū. In: ut In nauigādo in legēdo: qd idē ē qd i ipso nauigare: uel i ipso legere. De: ut de edendo. de migrando. de agendo. Quintilianus Quū precipere de apte dicendo coeperimus. Etiam cum motu. Cicero ad atticū. li. iii. Tu quid cogites de transeundo in epirū scire sane uelim. Ex ul' e ut ex defendendo q̄ ex accusando huberior gloria cōparat. A uel Ab Cicero. Ex quo ardescit siue amor siue amicitia: utrūq; n. dictum est ab amando. Et alibi: Non distinguit a nō dolendo uoluptatem. Plinius posterior. Sermonibus dies transigebat: quū a scribendo uacaret. Cum: ut Quintilianus. Sed ratio recte scribēdi cōiuncta cū loquendo est. Regit autē hic Ablatiuus sine p̄positione casum: Ut hos accusando: illos occidēdo: totam ciuitatem labefactasti: Cum p̄positione In etiam regit. ut in tribuēdo suū cuiq;. Quādoq; uariat gñā. ut in colendo agro in pastinanda uineas: in nemore excidēdo. Per De simili mō etiā regit. ut Cicero in Tusculanis: his p̄sertim cognitis quae de nihil sentiēdo paulo ante dicta sūt: nisi dicimus nihil aduerbiū nūc nō nomē. Et uariat per gñā: ut de accusatore constituendo de collocanda filia. de pdio emēdo: per Ex uel e: & a uel ab nescio an licet dare tali gerūdio regimē. nullū. n. exemplū occurrit. Variari autē p̄genera certū est. Cato Ex plasmatis bibēdis ex aluo lauanda. Et abstineas ab offendēda rep. Sed cauēdum ne id uerbū significet motū quale esset: Reuertor ab arando: uel ab arādo aruo. Redeo a spectando ul' a spectādis ludis. Cū sit dicēdū reuertor ab aratiōe: uel ab aratiōe arui Redeo a spectaculis: ul' a spectaculis ludorū. Per Cū uix locū habet talis oratio: ut nō p̄cipiū sit potius q̄ gerūdiū. ut sedeo cū uiro coronādo. i. q̄ coronabit: nō autē qui coronatur.

Gerundia omnia quum sociata sūt substantiuis passiue accipiuntur. Disiuncta uero non nunquam passiue: utiq; sine p̄positione & sine genere in casu ablati uo ut apud Virgilium. Alitur uitium crescitq; tegendo hoc est quum tegitur uitium: Et iterum: Vritq; uidendo scemina. id est quum uidetur scemina. Quintilianus. Memoria excolendo sicut alia oia augetur. i. dū excolitur: nō autē dū excolit. nec regit casū: quale foret Vrit scemina uidendo a maribus: sicut dicimus uruntur uiri uidendo sceminas. Accusatiuus quoq; cum p̄positione non tantum actiue accipi solet: ut tu es idoneus ad discendum: sed etiam passiue ut hac



res facilis est ad discendum quod etiam superius patuit. Quidam nō indoctus hac ætate scribere ausus est. Iam iam urbs in periculo capiēdi est pro eo quod est iam urbs in periculo est ne capiatur: siue hostis parū abest a capienda urbe. Cum semper sine substantiuo gerūdiū accipiatur actiue: Aut si a neutro uenit neutraliter. hæc lau. Tu uero in lima aliter leges de gerundiis in Di.

Gesta: uide Acta.

Gestus est actio quædam & quasi pronuntiatio corporis: gestio uero administratio & Actio: quæ parum in usu est.

Gloriosa uictoria. i. plēa gloria gloriosus homo. i. affectator gloriæ. qualis miles gloriosus apud plautum & Terent. Verū gloriosus quando honestæ significantiæ est pro gloria habente: habitationem plenitudinemque significat. Quando inhonestæ affectionem: ut dixi.

Gradū facere: nō est transitum facere: sed ad aliquā rē gradū & quasi scalam ad alia facere: Ideoque a quibusdam dicitur: gradū iacere. ut si riuum transire: si in arbore fenestrā ue aut tectū scandere uelim: ex saxo aut scādo aliqua ue alia re gradū facio: Quintilianus: Interim ad ea quæ sūt potentiora gradū ex his fecisse contenti. Cicero contra rullum: Hūc quasi gradum quendam atque aditū ad cætera iactum intelligetis.

Gratum facere est quiddā minus: & prope illud quod obsequi & inseruiri. Ut Cicero: Si hūc Iuueris gratissimum mihi feceris.

Gratificari est quiddam maius: ut deum gratificari hominibus dicimus nō autem gratum facere. quasi idem sit quod beneficia conferre.

Gratulari ē uerbo testari: te gaudere fortuna ac felicitate alterius apud eū ipsū: quæ affectus est felicitate. Non nūquā apud teipsū ob tuam felicitatē. iō quæ sepe postulat dūm: Ut gratulor tibi ob tuā futurā adeptā. gratulor manibus meis: quibus ut te cōtūgerēt datū ē. Quī. quæ misera puella nō gratuletur sibi: quæ illā paup accusat iā potest. Poetæ nō nūquā pretereunt dūm: utique quū fuerit pnomē: quæ fuit cā ut quidā existimarēt. quorū ē Apuleius: hoc uerbum idē significare quod gaudeo. ouis: i heroidibus: gratulor octaliā titulis accedere nris. gratulor inquit tibi uel mihi uel nobis: Idē tertio darte. Prisca iuuet alios. ego me nūc denique natū gratulor. subitellige mihi: Et Interdū et oratores. ut Quint. gratulemur iā quæ nulla ciuitas fame laborat. subitellige nobis. Dicimus aliquā gratulari pro eo quod ē grās agere: sed nō fere nisi diis immortalibus iō quæ proprie idē ē quod supplicat. Sicquē triumphantes i capitolium ascendebāt: ioui optimo maximo cæterisque diis gratulatum.

Grator in eadem accipitur significatiōe: i qua gratulor: sed Poeticū historicūque ē. Vir. Inueni germana uia: gratare forori.

Fratu & Iucundus quo differant: uide iucundus.

Fraue suapte natura ponderosum significat: ut graue saxum: graue scutum quæ. s. grauat nos i ferendo: & quod agre & cum molestia fertur. Inde per abusionem trāsferimus ad senectutem: ad morbum: ad dolorē. quia hi quæ molestiam ex senectute morbo cæterisque sentiunt: quasi onere intolerabili premuntur: quod cupide uelut graue pondus a se uellent deponere. Neque solum ad molestias corporis translatio hæc fit: uerum ad molestias animi: ut grauis contumelia: grauis iniuria. grauis mœror: grauis iactura: quæ animum genere quodam ponderis premunt. Itaque unus modus est: quæ corpori aut animo molesta sunt ea graua appellare. eo quæ Molestia a mole. i. ab re magna magnique ponderis uocata ē: Alter modus est quæ quemadmodum graua & grandia saxa ac graues trunci non facile loco mouentur: sed ad omnem temporum mutabilitatem hærent. Ita homines constantes ac præditi sapientiā merito per figuram graues nominantur. quæ nec precibus: nec minis nec uanitate nec promissis ab æquo & iusto summouēt. ut hi faciunt: quos leues uocamus: qui in similitudinem pulueris ac palarū ad omnem auram uentilantur.

Gregatim: per diuersos greges.

Gremium est intra complexum femorum feminū ue: quo in cōplexu mulieres concipiunt. & per trāslationem gremium terræ appellamus: quū semen suscipit: conceptumque retinet: quasi uiuentem scetum postea paritura. Quare quū lactant infantes ad sinum admouentur: pueri uero iā facti a sedētibus matribus utique cū illis blādiuntur ad gremium excipi solent. Ut uirgilius de cupidine sub imagine pueri ascanii: hæret & interdū gremio fouet inscia dido. Quin etiam matres nutrices ue quum supra genua collocant infantem aut extremis uestibus repositum & ad uterū usque sublatum gestant. in gremio magis quæ in sinu tenere aut gestare dicuntur ut idem de eodē. Et fotum gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos. Sinus uero est intra pectoris brachiorumque complexum. Inde sinus uestium. quales erant tunice romanorum. & modo quorundam religiosorum supra cincturam laxitas illa uestis quæ Cingulum operit: Littora quoque curua & quasi brachiis mare amplectentia Sinus uocamus.



*uas di fereba*  
Grege ouium. grege caprarum. grege porcorum dicitur. grege denique genera-  
lius nomen est: Armentum uero specialius ut puta equorum asinorum  
mulorum bouum camelorum elephantorum & similibus. licet quidam tan-  
tum uelint esse bouum quasi ab arando Armenta dicta. deinde sublata  
tertia littera Armenta.

**H**abeo: Tantum habeo polliceri inquit. Cicero ad lentulum.  
Idem in Catone maiore: neque eos solum conuenire habeo quos  
uidi: sed etiam quos audiui & legi: Idem in oratore: Audire  
habeo quid sentiat. Quod ut ipse interpretor idem est; quod  
pollicendum conueniendum audiendum est mihi.

Habere fidem: uide Dare fidem.

Habere gratias: Vide Agere gratias.

Habes quae sentiam. Brute de ratione dicendi. haec habui de Amicitia  
quae dicerem. haec sunt quae putauit dicenda hoc tempore: Sunt uerba ci-  
ceronis ad extremum materiae a se tractatae: quibus & ceteri auctores uti  
solent: Quintilianus: Habes Marcelle uictori: quibus praecipua dicen-  
di adiuuari posse per nos uidebantur. Et iterum: Nihil habui amplius:  
quod in uniuersum praecipere. Et iterum: Haec serae sunt emendatae loquens  
de scribendi partibus.

Habui orationem non feci orationem feci sermonem potius quam habui. Non  
nunquam etiam habui: Cicero de senectute: Cyrus quidem in eo sermone quem  
moriens habuit &c.

Harenaceus ex materia harenae.

Haud scio: haud uelim: frequentius legitur quam non scio: & non uolo.

Hei & heu simile quid obtinet: tamen alterum datiuo: Alterum accusati-  
uo iungitur. ut hei mihi quilibet erat: quanta mutatus ab illo hectore. Terent. heu  
me miserum. Et fere cum huiusmodi pronomibus. Nam cum alio no-  
mine frequentius per exprobrationem. ut Virgilius: Heu stirpem inuisam  
Aliquando etiam cum nominatiuo: ut idem: heu pietas heu praeceps fides:  
Eheu nulli casui seruit: Idem in. B. Eheu quid uolui. misero mihi! Vae  
quoque Datiuo. Martialis: Si sciero: uae tibi. cauidice.

Herbaceus ex materia herbae.

Hic est aliquid sua sponte & externa aliqua uia diffunditur. ut tellus aestu & ligna  
ariditate aut nimio calore hiant. Hiscere uero est rictum oris & quidem  
humani: accipitur quoque pro eo quod est loqui: aut os aperire ad loquendum:  
Sed fere per negationem. ut coram illo non auderes: hiscere: quid nunc

habes quod hiscere audeas? Ouidius tamen poetice dixit: hiscere nempe  
tibi terra roganda foret. Cum oratores soleant potius dicere de hiscere  
re. id est deorsum se aperire.

Hic spatium propinquior: Is uero longiore intelligitur. Multum tamen in lo-  
cis utrunque locum habet. Ut qui praefert uirtutem diuitiis: hic sane fortis est  
Vel per compositionem: ut quicumque mulier adultera: eadem uenefica est.

Hypotheca uide pignus.

Hoc magis: & eo magis: idem est quod tanto magis. Item Quo magis idem  
est quod quanto magis: Hoc compositum cum prepositione ad signifi-  
cat praeterea ut apud Sallustium: Cognoueram paruis copiis bella gesta  
cum opulentis regibus: Ad hoc saepe fortunae uolentiam tolerasse facu-  
dia grecos scientia bellum gallos ante romanos fuisse.

Holitor est quod hortum holerum exercet: quem nonnulli hortulanum uocant.

Holus quid sit uide hortus.

Homo prudens ne dicam sapientem melius quam ne dicam sapiens: Cicero  
pro Deiotaro: Crudelis castor ne dicam sceleratum & impium & hoc sub-  
stantiuo precedente. Secus autem sequente. quale esset Crudelis ne dicam  
sceleratus & impius castor: Et prudens ne dicam sapiens homo. In prio-  
re. non modo subintelligitur eum sic: Crudelis castor ne dicam eum sceleratum & impi-  
um In aliis casibus non est haec diuersitas: ut idem: An sperasset hoc uiuere mi-  
lone ne dicam consule: uel an sperasset hoc uiuere ne dicam consule milone.

Hordeaceus ex materia hordei.

Horrearius custos exercitorie horrei.

Hortus in singulari pluralique pro hortis holitoribus accipitur. id est holera producentibus  
est. non holus omnis herba satiuam quam uescimur: & cuius foliis & caule in edulium uti-  
mur. Horti uero in plurali arboribus consistunt dominorum: & an cenitatis uoluptatis  
quoque causa pati. In superiore igitur significatione dicimus Unum hortum: duos tres hor-  
tos: In posteriore unum. binos. ternos. hortos: nisi alicuius auctoritas ali-  
ud sibi uendicauerit.

Hospites sunt: tam in privato alicuius hospitio sunt: quam in publico: quod Diuerso-  
rium uel tabernam meritoriam appellamus. Tam qui recipit quam qui recipitur. Unum uero  
Non hospes ab hospite tutus. Ci. pro dextra ista: quam hospes hospiti porrexisti  
Hospitalis hoies qui amore non pretio hospitium suum committunt. Nam hospes proprie-  
uocat ille receptor qui priuatum & aicitiam committit recipit. Cicero. fuit mihi cum illo  
uetus hospitium. id est aicitia familiaritatis uel mihi hospitium ad illud uel illi ad me.  
Hospitium & priuatum & publicum dicitur.

Hubertum idem est quod copiose.

*di feren ma su*





**Q**ui eleganter usurpari solet: Aliquādo quasi pro tūc: ut **Q**uintilianus. Quod si satis prudenter ea uiderint: iam prope consummata fuerit præcipientis opera: Aliquando præterea significat quasi nodus quidam inter sentētiās: ut Vergilius. Iam uarias pelagi uolucres. Idem efficit iunctum cum uero: Iam uero urbibus constitutis & cætera. Iam Iam de futuro palam est quid significet: ut iam iam aderit. Et de præsentī licet ad futurum resoluatur. Iam iam quæ manū tenet: & premit hasta: quasi nunc nunc tenebit. Non nunquā figurate per indignationem miserationem uel accipitur. ut idem Vergilius. Iam iam nec maxima Iuno: nec saturnius hæc oculis pater aspicit æquis **Q**uintilianus: Iam iam malo uenena ferrum subito: ictus iprouisamque mortem. Per miserationem uero Salustius in Jug. sic: Iam iam animo meo carissime frater quæ tibi immaturo & unde minime decuit ultra erepta est tamen lætandum magis quæ dolendum puto casum tuum. Per exhortationem quoque. ut apud **Q**uint. Iam iam cōmilito quicumque casus manet: et si te imperator damnaturus est habes solatium: factus est quæ a patre occidit Ianua parietis est ac domorum. Porta uero murorum nauitionumque atque castrorum. Murus autem & paries quo differunt uide in. M. Idem eadem idem: quasi pro etiam poni solet. ut Cicero. est huic coniecta beneficentia: quam eandem uel benignitatem uel liberalitatem appellari licet: id est quam etiam. Idem idem frequenter. Id ætatis. Cicero dixit: Scipio africanus id ætatis atque his rebogestis. Illud id ætatis idem est quæ ea ætate: sicut dicimus decem annis uixi & more graeco decem annos: quæ honestiorē locutionem Seruius putat. Vel aduertibialiter ponit: Vel subintelligitur habens: uel agēs: uel natus id ætatis. Igitur: uide ergo. Ignotus & passiue & actiue legit. **Q**uintilianus: Ne quis tamē erret ignotus: non est filii mei nouerca: sed mater. Ignotus dixit pro ignorans: & pro hospite & alieno nō pro ignorato. Ilignus ab ilice possessiuum. Immigrare: uide commigrare. Impleo & Refercio & similia uerba ablatiuum sine præpositione postulat. Impleui nauem frumēto: & referfi apothecā uino: Et tamen aliquādo addimus illam præpositionem de: sic: Impleui nauem de omni genere frumēti: Et referfi apothecā de uaria natura uinorum. uix ausim dicere im-

pleui omni genere frumēti. & referfi uaria natura uinorum. Cicero de oratore: Quarebat cur de phœmiis & de epilogis & de huiusmodi nugis sic enī appellabant referfi essent eorum libri. hic nequaquam licuisset sine præpositione loqui. Non enī libri illi referfi sunt proœmiis & epilogis: sed præceptis proœmiorum & epilogorum. Sicut in superioribus nō est nauis impleta omni genere frumenti: sed frumento omnis generis. Neque apotheca referta omni natura uinorum: sed uino omnis naturæ. Impleo genitiuo & ablatiuo iungitur. huius: ipse multitudinē quoque quæ ferme regēti est similis religionis iustæ impleuit. de ablatio patuit supra. Impendere: uide Appendere. Imperiosi populi: hoc est latum imperium possidētes. imperiosus homo ostentator imperii in exercenda sæuitia qualis Torquatus apud liuium qui filium sæuitia ob imperium contemptum occidit. Vnde imperiosus appellatus est. Verum imperiosus quando honestæ significatiōis est pro imperio habente habitationem plenitudinemque significat. Quando in honestæ affectiōe. Impono tibi hoc oneris notum est: quid significat. impono tibi: idē quod decipio te. **Q**uintilianus. Spes tibi perpetuæ laudis imposuit. Vnde impostores dicuntur: quæ alios uerbis pollicentibus incantationibusque seducunt ac decipiunt. Imputare: uide exprobro. In æs incisæ sunt litteræ: uide in marmore. In animo est: uide Cordi est. Incedere est ambulare: inde incessus siue tardus siue festinus. siue cōmpositus: incōpositus: imoderatus. proprie tamen sublimior quidam & fastū præ se ferens. Vergilius Regina ad templum magna stipate caterua incessit: Et iterum: Et uera incessu patuit dea. Quod seneca quodam loco declarat: Tenero ac molli passu suspendimus gradum: nec ambulamus sed incedimus. Incestus uide Adulterium. Incisim id est minutatim. Incola qui in alterius regione habitat: & in aliena ciuitate: atque rep. Inquilinus quæ in alieno priuato. proprie tamen in conducto siue in urbe siue rurari. Rursus incola ita differt ab Accola: quæ incola qui in loco: Accola quæ ad locū hitat. id est quæ quæ iuxta aquas sunt: Accolæ dñr: nec refert in suo an in alieno: ut Accola uulturni. accola padi. At quæ in motibus domos urbesque positas

habet. incolae dicuntur. Qui iuxta montes Accolae.  
Incubo studiis. Et incubo remis: Vergilius ualidis incubite remis. incubo in studia & ad studia. Sed non incubo in remos & ad remos  
Incuria. i. negligentia.  
Inculcare: uide Accusare.  
Indicere: uide edicere.  
In diem altud multo est quam in dies.  
In die plerumque cum hoc uerbo uiuit iungitur: Quintilianus: Non ut sere uolucres praesentis modo cibi memores in diem uiuunt duraturos hyemi reponere uictus. Aliquando sed raro cum alio iungitur uerbo. ut Salustius: Panem in die mercari. quasi dicat praesentis diei habere rationem: nihilque cogitare de crastino.  
In dies est idem quod quotidie: sed proprie cum quodam incrementum. ideoque plerumque cum comparatiuo: ut Cum in dies malum arctius premeret. Et quum in urbem infinitum malum serperet: idque manaret in dies latius. Etiam sine comparatiuo: sed tamen per uerbum significat incrementum. ut Liuius: Crescente in dies multitudine.  
In horam: & in horas eandem differentiam habet: quam in diem: & in dies Cicero in philip. haec quae in hora uiuunt: non modo de fortunis & bonis diuini: sed ne de utilitate quae sua cogitauerunt. Vergilius: Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas: Quantum uere nouo uiridis se subiicit alnus.  
Indoles est non solum in pueris & adolescentibus significatio futurae uirtutis. ut Quintilianus in primis annis laudaretur indoles. Cicero: Ut. n. adolescentibus bona indole praeditis sapientes senes delectantur. Et Valerius Titulum de indole fecit: non tantum propter adolescentum exempla repetes sed etiam in uiris: & quidem praesentis uirtutis. ut idem Cicero de off. in quibus est uirtutis indoles commouentur. Lucanus indole si dignum laeta si sanguine prisco Robur inest animis: indole inquit quasi gnoscitate quadam uirtutis atque animi. Liuius ad mala quoque parte: & ad mala atque inaniata transferit loquens de Annibale: Si cum hac indole uirtutum ac uitiorum triennio sub Asdrubale imperatore meruit. Et alibi: sicut in frugibus pecudibusque non tantum semina ad seruandam indolem ualent: quantum terrae proprietate calique sub quo aluntur. &c.  
Indulgentiam uulgo nunc accipiunt pro uenia ut indulgentiam tibi deus tribuat Vel deus tibi indulgeat. quod quis neget dici non latine. indulgere. non est concedere

re: & ut sic dicam obsequenter delicateque tribuere. Cuius rei admoneri certe debuerat illo trito uersu nescio cuius: sed certe inter minutos autores latinissimi. & quo mille annis nemo carmen scripsit eleganter indulgere gula noli. quae uentris amica est. Quintilianus. Mollis illa educatio: quam indulgentiam uocamus: neruos omnes & mentis & corporis frangit. non ergo indulgentia pro uenia accipienda est. Est. n. uenia remissio culpa. ut idem peccavi & ueniam peto: & errare hominis est: & ignoscere praesentis. Melius quae contra ueniam pro indulgentia accipiunt: Virg. orantes ueniam & templum clamore petebant. Et Cicero pro archia: Dabit mihi hanc ueniam: id est indulgebitis concedetisque hoc si forte peccauero. Et cum uenia tua dixeris: hoc est siquid erro tamen cum pace tua & ut isti loquuntur cum licentia tua dixeris. Frequenter legimus facio tibi potestatem eundi & redeundi: quem in modo dicitur mallem ego dicere: quam do tibi eliceam. porro dare potestatem plus est quam facere potestatem est. n. dare potestatem rem alterius arbitrio committere.  
Industrius ab industria habemus non autem industrius.  
Inelaboratum dicitur: quod non artificio satis excultum est. illaboratum uero quod sine labore uidetur factum. illud uitio dari solet: hoc laudi.  
Inensus uehementer iratus: & odium gerens  
Infestus uehementer molestus atque in aduersum uadens: inde infestare in cursibus crebris molestia afficere Et signa infesta quae in aduersum tendunt: hoc est uexilla in hostem cuncta. ut molestiam inferant: Molestare autem rarius inuenitur quam infestare.  
Inficiator is significat: qui negat se uel debere quod actor petit: uel commisisse quod accusator obiicit: unde status Comiecturalis dicitur inficialis in quo semper reus inficiatur: uel inficias it. inficiari enim & inficias ire est uerbo negare. Nam Negare est aliquando & factum. ut Vergilius: Sed quae fortuna negarat in patriam reditus.  
Inficias nomen habet solum accusatiuum casum: & eo is it uerbum: ut inficias cor pro nego.  
Infidus cui non est fidendum: a fido descendit quod habet primam longam. Siue fido a fidus: perfidus uero dicitur quod fide uiolat. idque a fides descendit: quod habet primam breuem. ideoque hac duo adiectiua uario accentu efferuntur.  
Infinitiuum quaedam orationes magis postulant: quaedam Gerundium quaedam utrumque adiectiua: magis infinitiuum siue actiuum siue passiuum substantiua gerundium geruntur duntaxat casus

*de aristotelle*  
Nam de accusatiuo mox dicam. Tu es dignus habere opes: & es dignus honorari: Tu es latus me bene ualere: & tu es latus me honorari: Rursus tempus est gaudendi: locus est exoptulandi: comoditas est alloquendi. Participia autem & multa adiectiua a uerbis deriuata utraque forma sibi uel dicant. Sed participia iuncta infinitis dicunt seruire uim participiorum. Iuncta gerundio uim nominum. Timens nauigare & nauigandi cupiens discere & discendi. Doctus: pitus: proptus: consuetus: cantus: e: & cantandi. Timidus: cupidus: auidus: nauigare: & nauigandi. Nam illud admonitione non indiget. Optima res est agricolandi recte dici. Optima res est agricolandi dici non recte: quia sic illud resoluit. Agricolandi est optima res: hoc resolui sic non potest. Agricolandi est res optima. Nisi forte dure & asper sit. Ipsa enim res agricolandi est optima. Quare illum non probauerunt qui dixit. Non est mihi opus respondendi: cum esset dicendum respondere: ut sit suppositum me respondere: opus uero appositum. Item habeo a patre mandatum conueniendi te: latine dicitur. Mandatum est mihi a patre conueniendi te: dicitur non latine: quia mandatum hic uerbum est: unde non potest regi huiusmodi gerundium. Illic nomen substantiuum: unde regit gerundium genituum. Nisi in utraque oratione exceptio utaris. In prima quidem: ut sic intelligas: habeo a patre mandatum conuenire te. hoc ipsum conuenire te. In secunda uero: ut mandatum sit nomen: non uerbum aut participium: quasi mandatum adest mihi. Ad quam tergiversationem confugere non poterit quisquam in talibus exemplis: habeo in tabulis publicis a patre mandatum conueniendi te: hic non poterit dicere conuenire te. Item est mihi iunctum a mandatum conuenire te: ubi dicere non poteris conueniendi te. Cicero tamen ad uxorem nouo quodam modo locutus est. Cum in animo haberem nauigandi: pro eo quod est nauigare. ut libro. i. de diuinatione. haberetque in animo nauem conscendere. Itaque subintelligitur propositum siue uoluntas sicut in illo fit apud eundem. Cum illius diei mihi uenit in mentem. Et alibi: non minus ei uenit in mentem potestatis quam aequitatis tuae. Vbi quidam uolunt accipi genituum pro nomine. Mihi potius placet subintelligi conditio: status qualitas illius diei: tuae potestatis: tuae aequitatis: aut aliquid simile. Ita hic propositum siue uoluntas ut sit cum habetur in animo propositum nauigandi. Venio nunc ad accusatiuum gerundii. Dicimus itaque. Induxi te ad nauigandum: non autem nauigare nisi more graecorum: qui cum careant gerundio funguntur infinito cum articulo raro sine eo: licet nunc quidam frequentissime utantur. Ut non ueni soluere legem: sed adimplere. plerique eruditorum dixissent: non

ueni ad soluendam legem: sed ad implendam. quos & ipse nunc imitor: & imitandos omnibus arbitror: sed ad rem: Vocauit te ad currendum. non currere. Sto ad praedandum non praedari: Sedeo ad audiendum non audire Vado ad uenandum non uenari. Rursus Iussi te arare non arandum. Cogito insidiari non ad insidiandum. Timeo aedificare non ad aedificandum. Quaedam uerba cum utroque conueniunt: hortor te studere & ad studendum. Flagitor respondere & ad respondendum: paratus scribere & ad scribendum. Ego sum aptus pugnare & ad pugnandum. ille est idoneus militare & ad militandum. Quae omnia rara sunt. Nam plerique huiusmodi accusatiuum postulant. Ut bonus utilis commodus malus iutilis Incommodus ad militandum.

Infra: uide Intra

Ingeniosus qui habet in se uehementiam ac copiam ingenii.

Ingenui sunt: qui libera matre nati: nec postea serui facti sunt.

Ingredior nunc ad locum significat: ut ingredior forum uel in forum. Nunc in loco quo I est ambulo & icedo. Cicero li. v. ad atticum: Si dormis expergiscere. si stas ingredere.

Ingurgitare: uide obruere

Inhibeo est re iam incepta. Prohibeo uel generale est: uel ante rem inceptam uetat enim prohibeo ne quid facias: uel nequid incipias. Inhibeo uero ne pergas ire. desistasque ab incepto. Vergilius: hospitio prohibemur arenae Idem parcite iam rutuli: & uos tela inhibite latini

In hora & in horas dictum est superius ibi In dies.

Inimus gratiam nobis alicuius dicitur. non autem inimus amorem aut beniuolentiam: sed conciliamus. nec conciliamus gratiam: sed inimus. Quarum omnium orationum eadem fere sententia est ac si hoc uerbo uterem comparo uel contraho. Nisi quod inire gratiam est magis fauorem comparare quam amorem ut apud Quintilianum: Quin etiam hoc timeo ne ex eo minorem gratiam hic liber ineat: quae plerique non iuenta per me sed ab aliis tradita continebit. Dicimus item in eo rationem. in eo foedus. in eo pacem: in eo societatem. in eo bellum. in eo pugnam. in eo uiam. quasi capesso atque ingredior. quod non fere nisi in re motosa siue gradus graui uel dici solet: Nam non ita recte loquor in eo prandium coenamque. ut in eo conuiuium. Unde principium rei maioris initium uocatur. ut initium rationis. Et huius uerbi participium absolute positum sic regimie maioribus rebus adhibetur ut Ineunte puericia: ineunte adolescentia. incunte aetate. ineunte uere: ineunte

æstate: in eunte hyeme. in eunte anno nouo. non autem in eunte dormitio  
ne: in eunte conuiuio. in eunte die in eunte nocte. sed incipiente

Initium uide inimus.

Iniuriosus semper actiue ab autoribus accipi solet pro eo qui iniuriam  
facit.

In manu est: & in manibus est utrūq; accipitur pro eo quod in potestate  
est Cicero non est istuc in manu mea. & filius in patris & seruus in domi  
ni manu esse dicitur. Vnde mancipium & manumissio. lucanus in manibus  
uestris quous sit cæsar habetis. Salustius Victoria in manu uobis est uiget  
ætas animus ualeat &c. Etiam dicimus in manibus est in alia significatiōe  
pro eo quod est inter manus est. Cicero in catōe maiore septimus mihi li  
ber originū ē in māibus. oīa antiquitatis monumēta colligo.

In marmore incisæ sūt litteræ: in gemma: in lapide. in ligno. non autem in  
marmor. in gemmam. in lapidem. in lignū. e diuerso in æs: non in ære  
ita enim apud omnes autores quous inueni semper scriptū ē. hæc lau. Tu  
autem uideto limam.

In mentem uenit mihi. occurrit mihi. Succurrit mihi. Subit mihi pro eo  
dem accipi solent. Sed hoc ultimū frequenter quoq; ad miserationē Ver  
gilius: Subiit cari genitoris imago. Subiit deserta creusa: Vbi nequaquā  
cuisset in mentem uenit de caro genitore: & de creusa deserta. iungitur et  
hoc uerbū Accusatiuo: ut curtius Sera pœnitētia subiit regē.

In morem: uide instituta.

Innocuus: inquit seruius: est cui non nocetur: Innoxius qui nō nouit nocerē  
Vergilius donec rostra tenent siccum: & sedere carinæ omnes innocuæ:  
Sed non est accipiendum qd sederunt tales ut eis nihil noceretur: sed uel  
more poetico qd nihil peccauerūt: quasi innocētes homines nocētes enī  
sunt quicunq; ab honesto recedunt etiam si nemini noceant: uel quia nō  
nocuerunt neq; sibi ipsis: neq; uectoribus ac nautis.

In primis potens: id est inter primos si de masculino loquaris. Si de foēia  
inter primas. Si de neutro inter prima. At si defuerit adiectiuam utiq; ac  
cipietur in neutro quale est illud Vergilii: in primis uenerare deos. Nisi  
sit tale: quale apud eundem: in primis regina quietum Accipit in teucros  
animū ubi inter primos accipiēdū ē: aut iter primos & iter primas

In primis doctus dicitur. nō in primis doctissimus: ne duas res superlatio  
nem habentes coniungamus. idem sentio de inter primos & cum primis  
licet. Salustius si modo codex non sit mendosus aliter dixerit. Ac scæ qd

difficilimum est in primis & prelio strenuissimus erax: & bonus consilio. si  
milia his sunt in paucis. Cum paucis inter paucos. itē super omnis ante  
alios. præter cæteros. sed hæc & si positiuo frequentius gaudeant: tamen  
non nunq; patiuntur superlatiuū. Vt ply. li. xxxvi. De usu absynthii con  
uenit dicere herbæ facillimæ atq; iter paucas utilissimæ Vergilius. li. viii  
petit ante alios pulcherimus omnis Turnus auis atauisq; potens.

In rem presentē uide in presens.

Inquilinus: uide incola.

Instar montis equum diuina palladis arte. instar seruius ait ad similitudi  
nem. Quid similitudinis equo ad montem. qd si etiam similis esset: non  
tamen eum magnum potiusq; paruū esse qd Vergilius senserit intelli  
geremus Archimedes ille geometricus globum ad similitudinem cæli fa  
bricatus est: in quo effigies cæli aderat: magnitudo non aderat: idem fit d  
tabula illa depicta ad similitudinem orbis terrarū. quam non ausim dice  
re depictam instar orbis terrarū Neq; alia multa huiusmodi ut instar an  
tonii ambulans. instar patris scribis. instar languidi sedes: sed ad similitu  
dinem: uel in modum: uel in morem. uel tanq; & similia. instar potius si  
gnificat ad æquiperationem uel ad mensuram: ut apud eundem Vergi  
lium. Argolici clypei aut phœbeæ lāpadis instar. Cicero hexametrorū  
instar uersuum.

Instituta & institutiones differunt Instituta enim sunt mores consilio & ra  
tione sumpti: Nam mores bonos & malos dicimus: & in morem id est si  
militudinem ut in morem leonis. in morem stagni placidæq; paludis in  
quit uergilius Institutum autem bonus mos: ut faciam meo instituto: licet  
institutum non nunq; significet inceptum propositum ab Instituto quod ē  
incipio

Instituta uero ut institueram dicere boni mores sunt consilio & ratione sū  
pti apud ualerium maximum Titulus est de institutis antiquis quasi de  
moribus antiquis.

Institutiones sunt præceptiones: quibus instituuntur & docentur homines  
ut libri a Quintiliano & lactantio multisq; aliis autoribus inscripti de isti  
tutione oratoria: siue alio noīe atq; materia.

Instituto: uide instituta.

Instratum Vulpianus inquit omne uestimētū cōtineri qd iniiciat: Equorū  
quoq; operimētū instratum uocatur. Intētio nō p uolūtate atq;  
proposito accipit: sed pro cōtētiōe. ut intētio nerui in cithara: aut in arcu:



qui quo magis intenditur: eo uehementiorem uel sonum: uel ictum efficit. quo magis relaxatur: eo remissiorem.

Inter agendū: inter actionem: in agendo.

Inter coenādum: inter coenam: in coena. super coenam. inter consulendū siue consultandum: inter consilia: siue consultationes. In consulendo: siue consultando.

Inter dico tibi aqua & igni. non autē interdico tibi aquam & ignem. Nec quod interdico te aqua & igni. illud autem tribus modis in passiuum mutabitur. Vnus est. tibi interdictū est aqua & igni: quod est frequentissimum.

Alter hic: Aqua & ignis tibi interdictus ē. Tertius hic: Tu interdictus es aqua & igni. sed tamen hic modus est ceteris rarior.

Interest: uide cuius. Vide et mea. Vide quod magni: & tanti.

Intercedit mihi tecum amicitia. intercedit tibi cum illo affinitas. intercedit sibi tecum necessitudo. Hoc est amicitia affinitas: necessitudo inter nos est media quaedam: quae nos conciliat: Tribuni intercesserunt: coepio intercessit: cato intercessit. hoc ē in medium se uerbis & ui opposuit

Interrogo noscendi gratia adhibetur: Percōtor uero arguendi. Sciscitari ut ipsa uox indicat sciendi causa interrogare est.

Intra & infra differunt: quod intra ad numerum & spacium refertur: ut intra uiginti dies. & intra muros. Nō autem infra uiginti dies: uel infra muros. infra ad dignitatem & ad locum: ut infra dignitatem meam ē: & infra te ctum id est subter tectum. Denique intra habet relatiuum extra: infra uero supra. Subter quoque relatiuum habet super.

Introcludo te in interioribus cludo: si reperitur.

Intercludo te: iter tuum impedio: & quasi iter cludo. Virgilius: interclusit hyems & terruit austereuntes. Cicero: Qui iter poenorum cadaueribus corporum suorum intercludendum putauerunt: Qua ratione etiam dicimus intersepio.

Interuertere: uide inuertere.

Inuenire: uide excogitare.

Inueteratus ab inueterasco descendit: habetque significationem nec actiuam plane nec passiuam ut complacitus.

Inuertere ē quasi in contrarium uertere: Ut interiora uestis aut pellis: aut aliarum rerum exteriora facere: propterea uerba pronunciare. ut pro lauo: Vola. Et interuertere est rem aut commodatam: aut depositam aut creditam callide: doloque ne domino restitatur efficere.

Inuestigo & peruestigo non solū quæro: sed & quidem frequentius quærendo inuenio. Ut sit uestigo quæro: in uestigo & peruestigo quasi acgro ductū est autem hoc uerbum a uestigiis tanquam signis iudiciumque quibus ad rei notitiam peruenimus.

Inuicem mutuo: Quintilianus in declamationibus: inuicem sustinentes inuicem innixi: id est alter alterū sustinens & uterque alteri innitens. inuicem quoque e diuerso uel e contrario. Quintilianus Qui si nihil inuicem præstet: indigni fuerunt defensione. Plinius posterior: habes urbanas inuicem rusticas scribe.

Inuidia præter illam significationem notā est uel dicto uel facto in alterū maliuolentiae conciliatio. ut si quis referat ostendat uel calamitates suas ut aut ori calamitatum odium ceterorum concitet: & hoc uocatur inuidiam facere: uel uocare aut adducere in inuidiam. inde inuidiosa res quae atrocitas facti augens inuisum illud uel illius auctorem facit. Et inuidia quasi atrocitas uel detractio: in qua significationem accipio illum uersum: inuidiam nimio cultu uitare memento.

Inuidiosus passiuè accipitur: ille. n. significatur: cui habetur inuidia: non is qui inuidet. hoc passionem significat utique cum a uerbo uenit. secus quam una nomine.

Iocus est in uerbo: ludus in facto. Virumque tamen patitur exceptionem: ut iuuenalis. Quotiens uoluit fortuna iocari. non. n. de uerbo intellexit: sed de facto. Et ovidius: Mille face esse iocos: turpe est nescire puellam ludere ludendo saepe parat amor. iocos pro ludo & ipse posuit. ioca quoque pro iocof non nunquam legimus. Cicero ad atticum: itaque ioca tua plena facetiarum. e diuerso ludus pro iocus horatius: Sed tamen amoto gramus seria ludo hic ludeo pro iocari frequenter inuenit. Plinius. ludeo me putas serio peto ludeo dixit pro iocari: & se non ioco agere: sed serio. quod duo contraria esse Quintilianus auctor est ingens: Iocum uero accipimus quod est contrarium serio. ludeo et dicit uersibus scribere sed non fere nisi in opusculis: quia sunt epigrammata. & haec opuscula dicuntur lusus. Alludere autem quid sit uide. in A.

Is ea id: uide hic.

Iste & ille si audire priscianum uolumus hoc differunt: quod iste spatium proprius quiore. ille autem longiore intelligitur. Cuius auctoritas plurimos in errorem induxit: qui pro istud dicunt illud. Velut si ad hominem longe positum scribas: siquid noui in illa urbe est: mihi notum facias: pro eo quod est in ista urbe. quod non mediocre peccatum est. Nam de me loquens.



dicere deo: hoc caput: hæc manus: hæc ciuitas: De te uero: istud caput  
ista manus. ista ciuitas. De tertia autē persona: illud caput: illæ manus.  
illa ciuitas Cicero in Antoniū: remoue paulisper istos gladios. Vnde  
nascuntur aduerbia istic. istinc. istac: istuc istosum. isto. Vt idem ad len-  
tulum. Qui istinc ueniunt aiunt te superbiorem esse factum. idest q ab  
ista prouincia in qua agis: huc in italiā romāq; ueniunt. Aliquādo iste  
accipitur pro hic. ut Quint: iuuenis iste de quo sūma in rebus humanis  
monstra finguntur. Et iterum: hic iuuenis patris sui hæres solus iuentus  
est: ille quoq; non uunq; per dignitatem aut per eminentiā ponitur indi-  
cans esse: quod omnes debeant nosse. ut Alexander ille magnus. ille cen-  
sorinus Cato: Architas ille tarentinus.

*110-111-112*  
Istrio qui personatus in scæna tragœdias agit comediasq; uoce & corpo-  
ris gestu. Mimus qui uel intra uel extra scenam gesticulationes qualdā  
exercet imitaturq; mores hominū ac naturas presertim obscæne. Nā  
mimorum scriptores res obscœnas & amores tractant. istrionis nomē  
primum ethusco quodam homine tractū esse. T. liuius ac Valerius ma-  
ximus autores sunt. Mimus e: græco uenit Mimeomæ quod est imitor.  
Mimi autem tam homines q; poemata uocantur.

Ita pro sic: ut Quint. Sed hæc eloquēdi præcepta sicut cognitioni sūt ne-  
cessaria: ita non satis ad uim dicendi ualent: &c. Accipitur etiam ita p  
ualde: ut Cicero: Nec ita multo post edictum bruti affertur & Cassii  
Quintilianus: Nec res ē ita magnitēpis ac laboris. De ita uide etiā Vt.  
Iter facere: uiam facere. uiam munire.

Iter facere. & iter habere differunt. iter facere est ut imperiti loquuntur: it-  
nerare: ut periti ingredi: iter aut uiam. Uiam facere est proprie ubi non  
erat uia ac transitus aperire. Munire uiam est repurgare: reficere: ac sub-  
sternere interdum lapidibus: quales sunt uia: romanæ: silicibus strata.  
iter habere est iter aliquem esse facturum: Cicero: Et q; ille in Sardinia  
am iter habebat.

Itidem & item significant id quod similiter.  
Iubere frequenter idem ē: quod imperare: ut Quint. pater me iussit. hic  
tamen annotandum est: q; sicut eleganter dicimus impero mihi: ita non  
eleganter dicas iussi mihi. dicimus præterea per Vnum uerbum: facio  
imperata: Sed iussa excquo aut perago & siquid est simile. Dicimus  
item impero tibi hanc rem: Sed pater me iussit: & iubeo tibi illud. Est eti-  
am iubere non plane imperare: sed quasi hortari ut Quint. Spera tu:

Iube sperare matrem. Cicero: litteris quas ad me tarracone misisti: be-  
ne sperare iussisti: Cui simile est illud Terēti. iubeo te saluere. Verg.  
li. v. reddiq; uero promissa iuebant.

Iucundus & gratus sic differunt: q; Iucundus proprie in prosperis. Gra-  
tus. in aduersis. iucundus uero non qui lætus est: sed qui læticie est alteri  
ut prosper & saluber. Cicero ad atticū: fuit mihi sape & laudis nostræ  
gratulatio tua iucunda & timoris consolatio grata. idem tamen li. iiii.  
In uectiuarum ait: Est mihi iucunda in malis: & grata in dolore uestra  
erga me uoluntas: iucūda dixit quasi læticia plena & uoluptuosa: qualis  
est in prosperis gratia: quasi plena affectus: & fructus. in iucundo. n. q;  
dam gratia est delctationis. in Grato uero etiam cōmodi. Quippe aspe-  
ctus rosarum liliorum uiolarum: Florumque ac similibus iucundus est.  
Aspectus plenæ messis: huberum olearum: pinguiūq; pecorum gra-  
tus. Et pueritia filiorum atq; infantia iucundior: Adolescentia uero ac  
iuuentus grator: utpote utilior.

Iugerum in singulari secundæ est declinationis: in plurali tertiæ. Non autē  
ut ait priscianus iuger iugeris. Cū omnes dicant in singulari. iugerum:  
& in plurali: iugeribus. Significat autem mensuram ducentorū quadra-  
ginta pedum in longitudinem: dimidii in latitudinem. Vel ut aliqui uo-  
lunt: quantum par boū uno die arat: quæ due significationes in idem re-  
cidunt. hæc lau. Tu uero aliter in lima leges de iugero & iugere.

Iugulus anterior colli pars: unde uox halitusq; procedit. Cervix posteri-  
or: Vnde origo est omnibus neruis. Collum omnes partes in solidū cō-  
plectitur. Et quoniam in iugulo mortifera statim plaga est præ ceteris  
membris: eademq; pars uulneri obnoxia: ad quam mucro iter arma ip-  
safacile subit: ab ueteribus dicebatur: petere iugulum: ferire iugulum. p  
eo quod est: petere mortem: inferre mortem.

Iugum montis: uide collis.  
Iunior te sum: idest minoris ætatis quam tu: uidelicet supero te paruitate  
ætatis.

Iura magis generalia sunt q; leges: siquidem & ius gentium est: & ius ciui-  
le. Cicero in rhetoricis ius naturale statuit: sed quod in homines tantum  
modo cadat: Cuius species sex esse uoluit. Religionem. pietatem. Gra-  
tam. Vindicationem obseruantiam. Veritatem. Ius ciuile dicimus tam  
leges quam plæbiscita senatus consulta: decreta principum responsa pru-

dentum. quod qui profitetur iurisconsulti nominantur leges autem sunt aut principis aut liberi populi. quæ ab rege conduntur alterius consensu non requirunt. Quæ uero ad populum feruntur: quæ quæ sine eius iussu feræ ratæ non sunt: quia rogari. i. interrogari populus de his solet. Rogationes etiam dicuntur.

Iuratus iudex dicitur qui iurauit.

Iure meo significat idem quodammodo: quod mea autoritate. mea quæ licentia. ac concessa mihi ab omnibus libertate. Tullius per archia. Quare suo quidem iure noster ille ennius factos appellat poetas. Suo iure inquit quæ poeta erat: & probatissimus poeta. Idem est per meo iur: ut idem alibi: pro iure meo hoc dico: uos eo me priuastis. quasi confidenter dico. est n. efficiens causa non finalis. qualia cætera sunt hoc mododicta: pro mea in uos beniuolentia. pro uestra in me humilitate. pro tua mansuetudine. pro sua pietate ubi efficiens ut dixi cæ intelligitur non finalis.

Iurisconsultus & iure consultus dicitur qui ius civile profitetur.

Iussu tuo dicimus: cuius plurale est secunde potius declinationis in singulari fere nunquam. Neque enim dicere solemus iussu tuo. sed iussu. Nec iussibus tuis dicimus. sed iussis. Nec iussus tuos: sed iussa tua. hæc lau. Tu uero aliter in lima leges.

Iuuat: uide Conducit.

Iuuenta & Iuuentus: uide senecta.

**L**abio pro suo primitiuo labo accipitur. Laboriosa res dicitur: uel quæ in ea labore capiamus necesse est uel quod plena laboris est.

Labo & labor ita differunt: quæ labare est ruere & repente cadere ut apud Verg. labat ariete crebro ianua. labi uero leniter sensimque deorsum ire. ut labunt flumina labitur anguis. labuntur ab æthere pænæ labuntur dii a cælo: non labant. Quint. Ut nume & deus delabi sideribus: & uentis de liquido puroque aere uidebatur. labi quoque dominus: qui in lubrico imprimere uestigia ad terram feruntur: non cum ruina sed lentius & cum aliqua mora. Tam & si non nunquam lapsus pro ruina accipitur. Et per translationem de corporeis ad incorporea: de eo qui aut per infirmitatem animi: aut per imprudentiam deliquit. dicimus lapsus est. Elabi quoque periculum fugere dicitur: eo modo quo anguis lubricus. aut anguilla manu prehensa lapsu fugit: id est manu elabatur: ita qui e medio periculo euasit elapsus dicitur. Labo primam breuem habet. labor primam longam. hinc labor

laboris & laboro laboras primam breuem

Lacertosus dicitur quæ habet in se uehementiam ac copiam lacertorum.

Lacesso plerumque in malam partem dicitur. Sed non nunquam & in bonam. Pro uoco etiam in malum & in bonum. Est autem prouocare lacessere tetare ad pugnam: & ad concertationem.

Lætum id appellamus quod aspectu gaudium promittit: Nam Gaudere proprie est intrinsecus: lætari extrinsecus. Recte igitur animata dominus læta quoties lætantur. Et quia sic natura compositum est: ut quæ bona corporis habitudine sint alacriora: quæ uero debili tristiora sint: eo fit: ut pinguis uocemus læta: ut oues lætas: boues lætos. læta armata. Transferimus hoc ad similia ad segetes ad uites ad oliueta ad cæteras arbores. Dicimus etiam læta ab effectu quæ nos lætos faciunt: ut locus tutus quia nos tutos efficit. Lamentari est uoce querula & tristi oratione cladem testari suam.

Lamina: uide Bractea.

Lanista: uide ludus.

Lapillus: uide Gemmas.

Lassum quod labore fatigatum est: tam animo quam corpore. ideoque ad ea de manu spectat: quæ laboris molestiam sentiunt. Laxus uero magis ad inanimata: quæ sunt lenta mollia flexibilia: non dura: non rigida. ut laxi rudentes. laxi funes. laxæ chordæ. Lapsus a labendo quæ uel corpore uel per translationem animo & opinione labitur. Fessus idem quod fatigatus siue animo siue corpore. Defessus Defatigatusque: qui ita fessus atque ita fatigatus est: ut non queat amplius: & sæpe a labore atque incepto quod instituerat desistat.

Latebra hominum dicuntur proprie: latibula uero ferarum sed nona nunquam hominum latebræ etiam ferarum.

Lateritius ex materia laterum.

Lectisternia dicuntur ubi homines in templo sedere consueuerunt.

Legatarius qui legatum accipit

Leges: uide Iura.

Lego & perlego differunt legere quid sit notum est: perlegere uero ad finem usque legere. ut Quint. Ideoque opus est intueri omne litis instrumentum: quod uidere non est satis: perlegendum erit Lactantius. Si legit perlegat.

Latabundus: uide errabundus.

Leuo est alleuo: & molestiam laboremque extenuo. nam pro illo significato quod est susstollo notum est. Subleuo autem auxilium defensionemque



fito. nō nunq̄ pro alleuo. Alleuo in altum tollo. uel de imo & ubi quid  
iacet: atq; proiectum est: tollo. Eleuo iminuo & extenuo. **Quintilianus:**  
Non uendere operam: non eleuare tanti beneficii autoritatē. Nusq̄ me  
mini in alium sensum reperisse me. &c.

**Liberi** pro filiis singularem non agnoscit: liberum tamen p̄ filio & apud  
**Quint.** & apud **paulum.** Caiūq; reperio. Sed ut dicam: lego **Titio** ter  
nas ædes unas in foro. alteras in ianiculo. **Tertias** in subura. ita nō dicā  
ex ternis liberis meis unos alteros: tertios. Sed ex tribus liberis meis unū  
in alienam familiam dedi: alterum abdicauī. **Tertium** heredem institui.  
**Cuius rei causa est:** q̄ quū dico unum alterum tertium: adiungi solet fili  
um: **Et tres** liberos quasi tres filios: qd̄ ita non fit in ædes in literas: nisi  
subintelligas domum & epistolam.

**Libertas** in loquēdo accipitur ī bonum: quum quis non timide. quod ser  
uile est: sed ingenuē & libere: hoc est ut liberum hominem decet loq̄tur.  
**Licentia** uero in malum. quando hac libertate abutitur usq; ad temerita  
tem & procacitatem. Vnde **Quint.** Et quæ in aliis inquit libertas est. in  
aliis licētia uocatur. ī agēdo similiquoq; modo ut libere fecit. libere egit:  
id est digna libero homine. **Cicero** sæpe de libere dictis ac factis loq̄tur:  
& de licentia **Clodiorum** queritur. Et **Terentius** inquit: **Deteriores** om  
nes sumus licentia. est autem hius nominis significatio impunita quædā  
facultas agendi quicquid uelis

**Libertinus** relatiuum ē ingenui: **libertus** relatiuū ē patroni: licet unū idēq;  
sit & **libertinus** & **libertus**. per **libertinum** significamus conditionem ho  
minis: sicut per **ingenuum**: per **libertum** significamus priuatum quēdam  
respectum: sicut per **patronum**: ideo q̄ **libertinus** adiectiuum ē: sicut in  
genuus. eoq; non fit a **libertina** **libertinabus**: ut a **liberta** **libertabus**. Sed  
**libertus** substantiuum: sicut **patronus**. illud q̄ solemus diffinere: hoc nō  
solemus. ut in iure ciuili. **Libertini** sūt: qui iusta seruitute manumissi sūt:  
quemadmodum e contrario: **ingenui** sunt: qui libera matre nati: nec po  
stea serui facti sūt. Significatur enī ut dixi cōditio hominis per **ingenuū**  
& **libertinum**. ut **libertinus** homo: **libertina** mulier: **libertina** cōditionis.  
Non autem **libertus** homo **liberta** mulier **libertina** conditionis. hec. n.  
significant priuatum quendam respectum ad patronum patronam ue  
relata. i. ad eum: eā ue: qui antea dominus: aut quæ domina huius fuit:  
quum seruus ancilla ue esset. ut **libertus cesaris**. **libertus messalina**. **liber**

ta **claudii**. **liberta agrippina**. Non autem **libertinus cesaris**: aut **libertina**  
ideoque interrogamus hic **ingenuus** est an **libertinus**. non autem: an **li**  
**bertus**. Et quum responsum est **libertinus**: interrogamus: cuius **liber**  
**tus**: non cuius **libertinus**. Respondeturq; est **libertus meus**. aut **tuus**. aut  
**illius**. aut **Catonis**. aut **nullius**. Atque **libertus** sine **patrono** **patrona** ue  
non est. **libertinus** potest esse. quū necesse est cum aliquando habuisse.  
quo factum est: ut dicamus **Colliberti**: **Colliberte**q;: quemadmodū cō  
serui **conserue**q;. q̄ si plures sub umbra unius **patroni** sint: sicut illi sub ī  
perio unius **domini**: Non autem **Collibertini** aut **coingenui**. Ad nullam  
enim alteram priuatum personam plures horum referri possunt: nec alii  
ab aliis distinguuntur. **Colliberti** a **collibertis** diuisi sunt: ut **mei** a **tuis**. &  
**conserui** a **conseruis**. Et **libertus** **collibertus**q; esse aliquando quis desi  
nit: **libertinus** esse non desinit. **Alibertino** est **libertinitas**: **Aliberto** non  
est **libertitas**. Adiciam quod ait **Suetonius** in uita **Claudii** in ipsū **Clau**  
**dium**: **ignarus** temporibus **appii** & deinceps aliquādiu **libertinos** dictos  
non ipsos qui manumitterentur: sed **ingenuos** ex iis procreatos.

**Libidinosus** qui amat libidinem: & affectus est ad eam.

**Liber** duo significat: ipsum opus: & certā operis partem: hic **Virgilii** **ane**  
**is** non **liber** est sed. xii. libri. **Georgica** non sunt item **liber** sed libri quatuor.  
**Bucolica** uero **Vnus** **liber** est: idēq; unum **Volumen**. **Georgica**  
quattuor uolumina formæ. est autem **Volumen** uel a uolo: q̄ ī libris uo  
luntas apparet: uel q̄ magis sequeretur q̄ uoluitur. quales libros hodie he  
brai quosdam habent qualesq; in ueteri & nouo testamento lectitamus  
fuisse & **romani** qui in libris arborum. id est corticibus scribebant. qd̄  
**libellosillos** quos ferrent: cōmodius complicabant **Volumina** forte ap  
pellauerunt. Vnde adhuc durat uerbum **euoluere** libros pro eo quod ē  
apire libros **lectitadi** gratia. quasi rem complicatam explicare: Nisi di  
cimus **euolui** libros propter numerū **paginarum**. Accipitur autem nūc  
**euoluere** libros: siue **autores**: pro eo quod est **lectitari**. Nec inficias eo in  
singulari **librum** accipi pro quolibet magno codice: etiam si is contineat  
**iliada** & **odysseam**. ut tenet rex magnum **librum**: & is sit **homerus**. Non  
tamen recte d cas tenet **librum homeri**.

**Licentia** uide **libertas**.





Licet uideatur carere pto: tamē quasi pūm hēat format a se frequentati-  
uum: sed eiūsdē tamen significationis Licitor. Vnde sūt participia licitās  
& licitaturus. Vriusq; igitur uerbi significationis est pretiū deferre in aucti-  
one faciēda: hoc est in uenditione q̄ publice fit. Hinc unum compositū  
fit Polliceor: non multum a primitiua significatione dissidens. Est enim  
polliceri aliquid ultro promittere. Ita qui licentur aut licitantur ultro p  
re emenda pretium alius alio maius pollicetur: ut sibi potius q̄ alteri ue-  
nalia addicantur. Nā tali modo uendere Addicere est. Siquid tamen is  
ter liceri & licitari differt. Liceri uidetur aut sine respectu eē alioz emere  
uolentium: aut tantum semel deferre pretium. Licitari uero cum multis  
& sapius augere pretium ut emere uolētes deterreas ab emendo.

Licet uide Et si.

Lictor minister consulis. proconsulis. praesidis. praetoris. qui fascem uir-  
garum alligatum securi portat. Suntq; lictores Cōsulis duodecī: alioz  
leni.

Lintearius linteoz uenditor.

Littera in singulari numero significat elementum ipsum. ut A b. uel manū  
scribentis ut ad atticum C icero: Nam alexidis manum amabam: q̄ tū  
prope accedebat ad similitudinem tuā litterā. In plurali uero epistola:  
praeterq̄ apud poetas: qui pro epistola uersus gratia in singulari semper  
utuntur ut ouidius Quam legis ab rapta briseide littera uēit. Nam qd  
Cicero ad Caelium scribit ad se nullam litteram Bibulum misisse ita ait  
quasi nullū uerbum misisse: quod ut uehementer extenuaret non dixit  
uerbum aut syllabam sed litteram. frequentissimum igitur est litterā p  
epistola. Inter que duo nomina hęc elegantia differētia est: quod dici-  
mus unā epistolam: unas litteras: duas tres quattuor quiq; epistolas Bi-  
nas uero litteras ternas quaternas quinas senas septēas &c. nunq̄ aliter  
quale esset unas binas ternas epistolas: duas tres quattuor litteras. prate-  
rea si dicas accēpi abs te binas litteras: non subiūgas quāz alteri respō-  
di per proximum tabellarium: alteri nunc respōdeo: sed alteris. De epi-  
stola uero apertum ē: ut accēpi duas epistolas: quarum alteri iam rēspōdi  
alteri nunc respōdeo. Cicero fere ait Accēpi litteras: Accēpi epistolas  
plynius frequenter etiam Recēpi.

Loco patris: loco fratris: loco filii te habeo Non ita accipitur: q̄ ubi illi an-  
tea erant: ibi tu nunc apud me sis. Sed quod in ea charitate qua illi aut fue-  
runt aut sunt aut essent aut esse debeant. Dicitur etiam cum In: Vt Chry

sis pamphilo Apud Terent. loquitur: Si te in germani fratris loco dilexi  
Cicero in Verrem: in parentum loco questoribus suis praetores esse  
oportere. Quod autem sequitur in locum potius q̄ i loco requirit: Qui-  
tilianus: nisi in eorum locū pietas & fortitudo & honesti temporis imago  
successerit. Dicimus quoq; loco uoluptatis mihi ē loco honoris. loco tur-  
pitudinis. id est uoluptuosum honorificum turpe. Ecclesiastici autem pas-  
sim utuntur: Ego habeo te in patrem: Tu es mihi in filium. Accipio te  
in frēm Sed dnt ueteres habeo te loco p̄ris. Tu es mihi loco filii Accipio  
te loco fr̄is: Vel hēo te p̄ patre. Tu es mihi p̄ filio. Accipio te p̄ fr̄e: & nō  
nullis aliis modis. iidem ueteres sic loquebatur Reuertor in patrem: Ti-  
bi redi in amicū sed hic uerbum est significans motū.

Longe pro ualde superlatiuo datur: Quint. longe omniū quos quidem  
mihi audire contigit praestantissimus. Datur item comparatiuo: Vergili-  
us. li. viiii. At pedibus longe melior lycus. Amat etiam longe secum iun-  
gi Alius aliter. secus. ante. post. pra. ut longe prestans. lōge p̄stat: Qui-  
tilianus: sed eum longe praecedunt ingenia uiuentium. Et caetera quae su-  
perlationem quandam habent & proxime ad comparatiua accedunt ut  
longe superat. longe uincit. Et ea quae diuersitatem: qualia sunt diuersus  
Dissimilis. alienus ut longe diuersus. longe dissimilis. longe alienus. item  
longe princeps. Quintilianus: Nouem uero lyricorū longe pindarus  
princeps. longe igitur pro ualde proprium exceptis paucis comparatiui  
& superlatiui. ipsum autē Valde positiui & uerbi: ut ualde diues. ualde  
pauper: ualde laudat. ualde uituperat. Nec ausim dicere longe diues. lō-  
ge laudat. Nec ualde ditior. ualde ditissimus.

Lotiū pro urina ponit: prima tamen breui non longa.

Lotio & lauatio noīa sunt uerbalia.

Lotor & lauator dicitur.

Lubricus locus est: in quo nequeas insistere. nec ingredi. quales sūt herbae  
perfusae sanguine aut aliter humectata. marmora leuigata. lapidesq; uel  
humore conspersi. Terra glaciata: aqua gelata. pauimenta caetera q; hu-  
iuscemodi lubrica dicuntur. inde per translationem Adolescentiam uo-  
camus lubricam: in qua qui sunt uelut in glacie facile labuntur. Anguilla  
quoq; murena ac similia lubrica sunt. Alio tamen modo uidetur Cicero  
dixisse lubricos oculos. ita enim ait ille de natura deorum: sed lubricos o-  
culos fecit & mobiles ut declinarent siquid noceret: & aspectum quo uel



lent facile cōuerterent. Dicti sunt oculi lubrici eo modo quo a quibusdā pes lubricus: pro eo q̄ ē in lubrico. ita oculi quasi in lubrico positi sūt: ut uix queant consistere.

Luce & tenebris pro die ac nocte accipere solemus. Differt tamē prima luce a prima die. Nā ibi intelligitur prima ps diei: & quasi diluculo. Hic autē prima dies. Ita primis tenebris & prima nocte. Ibi de prima pte noctis loquimur. Hic de nocte ipsa: ideoq̄ Ante lucē dicimus melius q̄ ante diē: si diluculū significamus. Nāq̄ ante diē p ante tēpus dici solet: preterq̄ si de certo die loquamur: ut ante diē decimum: uel ante sextū calendarū nouēbrū. i. sexto die ante calēdas nouēbres. In quo quidē loco pceptū pauli inserere nō inutile fuerit: qui ait: Ante diē decimū calendarū: & post decimū diē calendarū æque utroq̄ sermone undecima dies significatur: p̄terea ante tenebras & ante noctem p crepusculo idē ē. Resperitur autē luci p luce: ut Vesp̄i p uespe. & ruri p rure. Cicero in philip. Quis enī audeat luci. &c.

Luctus ē dolor qui exterius pditur uultu ipso atq̄ aspectu. Sæpe ille ipse habitus uultus atq̄ uestis luctus ē. Vnde secundo bello punico post cladem illā cānensem cēsuerunt patres cōscripti: ne scēminæ ultra. xxx. dies in luctu essent. Nō uidelicet ne essent ī dolore: nō enim impare doleri possumus. sed ne in illo lugubri habitu. Et matronæ iuniū brutum anno luxere.

Luctuosus magis ad rē q̄ ad hoīem p̄tinet. ut res luctuosa: hoc ē plena luctu. nescio an liceat de hoīe misero & afflicto dicere: homo luctuosus: sicut fortuna huius luctuosa:

Lucubratiūcula parua lucubratio.

Lucus sylua. Saltus & nemus sic differunt. Sylua generalius nomen est: p̄terea solet eē cædua. lucus nequaquā cæduus ē. quin potius manu consitus religiosusq̄: atq̄ ul' alicui: deo: uel alicuius hoīs ceteribus cōsecratus. iōq̄ aut circa delubra numinū: aut circa sepulchra uiroꝝ positus ē. Saltus uero sylua inuia: nec trāscūtibus puia ī quo pasci atq̄ æstiuarē pecudes solēt aut si locus aerq̄ patiat̄ hyemare. Nemora at̄ uoluptatis causa cōparata & plena amoenitatis.

Ludicra & nō ludicra ab hoc ludicri dicimus inq̄t prisciāus: Vergilius li. xii. neq̄. n. lcuia aut ludicra petūt p̄mia p̄ q̄d uult ludicra tertiæ declinatiōis: cū cōtra notū sit scde eē ut ī lege illa frequenter repetita: Qui artē ludicram exercuerit in quatuordecim p̄

mis ordinibus ne sedeat Ars ludicra ē ars istrionica & scænica: & ut sentio quicq̄ nomine ludicri intelligitur. Nā ludicrum quod ē substātiuum non modo ludus istrionicus est: & scænicus. sed quodcūq̄ lusoriū opus ac iocularē: etiam ludi publici.

Ludibundus: uide errabundus.

Ludus & iocus quo differunt: uide iocus.

Ludus differt a lusu siue a lusione. ludus enim tū periculum tum spem sibi propositam habet. Lusus nihil præter meram uoluptatem. itaq̄ qui pila qui trocho: qui etiam quocunq̄ genere talorum delectationis gratia ludunt lulum: potius q̄ ludum exercent. ideoq̄ ludum talarium dicimus nō lulum: & ludum aleæ: qui etiam lege prohibetur. Quidam etiam hunc lulum uocant: Suetonius. li. iiii. Ac ne ex lusu quidem aleæ compendium spernens Dicimus etiam ludum scholam ipsā ubi & periculū & spes ē: & certe labor atq̄ uapulatio. ut Dionysius tyrānus regno ciectus factus ē ludimagister Est igit̄ ludus tū aliarq̄ quarūdā artium: tū schola grāmaticæ quā triuiale sciam dicimus: q̄ in triuiis & compitis docetur. Hoc ideo admonui q̄ quidā impiti Triuiale sciam appellant. Grāmaticam. Rhetoricam. Dialecticam. Quadriuale alias quattuor liberalium artium. Ludus igitur ut dicebam ē aliarū quoq̄ artium: ut musicæ. Ludus armorum: qui idem ut sentio gladiatorius dicitur: ubi discunt gladiatores. Ludos tamē gladiatorios frequentius q̄ ludum dicimus quoties unū plura ueparia gladiatorum ad spectacula pugnature prodūtur. Quæ res munus gladiatorū appellat̄ quia populo tāq̄ munus donat̄. & q̄ donat munerarius: & qui familiam gladiatorum habet gladiatoresque domi in disciplina: & ut dixi: in ludo exercet: ac postea uendit lanista. Vocantur autē ludi gladiatorii: sicut ludi apollinares ludi circēses. ludi seculares. Nā spectacula publica utiq̄ ī honorē deoꝝ ludos antiqui uocabant: Ut nō absurdū sit solēnitatem ī natali die sanctorū præsertim cū apparatu illo & p̄pa ludos uocari. Hæc de ludo & ludis hæctenus. De lusu quoq̄ aliquod afferatur exēplū. Quint. Nec me offenderit lusus ī pueria: ē & hoc signū alacritatis. Et iterū paulo post. Sunt et̄ nō nulli acuedis puerorū ingenis non inuiles lusus.

Lues & pestis hoc differunt: quo genus & species. Nam quum ī urbe aut in agro febres aliudue genus morbi sæuit: siue solos homines: siue sola pecora: siue utrosque corripit Lues dicitur. Interdum etiam si



arbores ac fata. Pestis uero aut cito occidit: aut cito ab eo quem inuasi: quæ eadem dicitur pestilentia.

Lupus apud Varronem. & ennius: & fabium pictorem: etiam in genere sceminino inuenitur.



Aceror ad animū magis pertinet: quasi affligor.

Macesco magis ad corpus: Videtur autem ratio uelle dici potius Macresco ut nigresco pigresco ægresco: Sed etiā dici potest macesco ut aceso. Crebresco tamen potius dixerim quā crebresco. per macresco autem & similia in Sco incrementum assiduū atque continuum declaratur. non inchoatio:

Macret idem quod macer est.

Madesio & Madesco differunt: ut patefio & patefco. quæ hæc in sco passionem ex se habent: illa uero extrinsecus allatam: ut in ægypto Cæsar quā hostes fugeret elata leua natabat: ne libelli quos tenebat madesierent: melius quā ne madescerent: Et quum fores aperiuntur melius patefiunt dicitur quā patefco. hæc lau. Tu uero aduerte Nasonem. li. i. met. dicere: Contraria tellus Nubibus assiduis pluuiisque madescit ab austro. Et poetam. li. ii. æn. Atque atria longa patefco.

Magistellus diminutiuum est: a: magister.

Magis aduerbium est comparatiuum a: magnum positiuo: Vnde sic loquimur: magis poterat pompeius quā Cæsar: sed postea maxime potuit omnium cæsar: præterea magis comparationis aduerbium nunquam comparatiuum uel Superlatiuo apponemus: sed tantum positiuo.

Magna autoritate es uir: uel magnæ autoritatis. utroque enim modo dicimus. Sed raro sine adiectiuo duntaxat in genitiuo: nam in ablatiuo nunquam Cicero in Sal. Nunquam quos protulit Scipiones & metellos ante fuerint aut opiniois aut gloriæ

Magni refert & magni interest dicimus: item magni æstimo. magnifacio. magnipendo.

Maior. xx. annis ego sum. id est maioris ætatis ea quæ est. xx. annorum.

Vel maioris ætatis. xx. annorum. Nam & hoc licet dicere Sū maior. xx. annorum. id est ætate tali. Dicimus præterea: Maiorē laudē assecutus es patre tuo tuisque maioribus: Vix audeas dicere Tua laus est maior præ te tuo. tam solemus aliquando sic uti: ut Quintilianus maior prætoria cognitione summa est.

Maiores dñr omnes quæ ante nos fuerunt. utique quæ liberos reliquerunt. atque in nostra ciuitate maiores dñr. quæ uero post nos posteriores Cicero in Sal. ego

meis maioribus uirtute mea præluxi: ut si noti non fuerint: a me accipiant inuidiam memoriæ suæ. Tu tuis uita quam turpiter agisti magnas effudisti tenebras: ut etiam si fuerint egregii ciues: certe uenerint in obliuionem. Malæ infra oculos sunt homini tantum: quas prisca genas uocabant. xii. tabularum interdicto radi eas uetante pudoris hæc sedes. & rotunda in speciem mali: nam & mala & malum primam longam habet. malus uero mala malum primam breuem.

Male iudico. male cenfco. male pronūtio. male opinor. male sentio. male existimo. hoc male ad me ipsum refertur: erroremque meum declarat. Male cogito ad alterum refertur: significatque perniciem non errorem. Item maledico tibi male opto. male precor tibi. aut male inprecor. his non nihil similia sunt: male de te sentio male tu de me existimas. male de illo iudicamus non error hic sentientis existimantis iudicantisque innuitur: sed uitium de quo iudicamus existimamus sentimus Male quoque audio. id est infamor criminia mea audiens. cuius contrarium est maledico. Bene quoque maxima ex parte huic simile est: ut de te bene sentio: bene tibi precor. bene de te mæcor. Male non nunquam pro ualde: ut Comici frequenter: male mihi timeo: pro eo quod ualde timeo. Cicero in bruto: Scriptores illos male multatos. id est ualde & quasi bene multatos sed in malum ipsorum. Terentius in adelph. illud rus nulla alta causa tam male odi: nisi quia prope est. tam male pro eo quod est tam ualde.

Maledico datiuum postulat: Nunc uero ad imitationem graecorum habet etiam aliquando actiuum.

Maluaceus ex materia maluæ.

Malleollus a Sarmento sic distat: ut pars a toto. Est enim malleolus ut placet columellæ in modum mallei rostra habens: aptus plantationi. Quando autem arefacta Sarmenta sunt cum malleolis igni reseruata indifferenter uocantur. Nam & annibalem legimus sarmenta cornibus bouum alligasse eaque incendisse: ut hostes falleret. Et non nullis ciuibus romanis quæ domos haberent plenas malleorum ad capitolii & urbis incēdia fraudi fuit Madare est alicui personæ gerendum aliquid exequendumque committere. Quint. mandata tamen tua fili pago id est ut nunc loquimur commissoes. non autem iussa. nam de forme alioque esset: si filius iuberet imperaretque patri. Præcipere est cum magistrorum: quod est precepta tradere: tum magistratum & superiorum personarum

Maneo uide moror.

Marinum piscem dicimus: & auem marinam: ac deum marinum uel deam uel



nympham marinam. Nominatim quoque uitulum marinum. lupum marinum. turdum marinum. praeterea aquam marinam. calum marinum. periculum marinum. solum fluctum aquam mariam non maritimam. Nauem marinam quod etiam nauem maritimam. Rursus oram maritimam. gentem maritimam. res maritimas. bellum maritimum: Non transit maritimum non marinum. Item hominem gentem urbem triumphum transmarinum. non transmaritimum. horum omnium haec differentia est: quod marinum uocatur quod incolit mare: aut ex mari est. Maritimum quod mare accolit. & ad mare est. uel ad mare fit. Transmarinum quia trans mare est. Transmaritimum enim foret quod trans loca maritima esset: id est proprie quod mediterraneum.

Mater uide filius.

Matercula diminutiuum est a mater.

Maturum in frugibus proprie dicitur. Et id uno modo. In personis uero figurate & hoc duobus modis. Vno sic: Ego sum maturus audientiam perhibere. Tu es maturus rei militari. id est perfectionem temporis habeo ad hanc rem. unde aetas senilis uocatur matura quasi omnino perfecta & tempus debitum assecuta. Altero sic. Ego sum homo maturus. id est perfectis moribus: Inde matureasco maturus fio. Et maturo maturum facio. uel pericio atque festino. ut Vergilius matureate fugam. Cicero ad herennium in aetate maturissima dixit. pro in aetate festinatissima. Et mature pro cito.

Maxilla dicitur quae oris hiatus efficit: ubi molares affixi sunt. Nomen diminutiuum non re sed uoce.

Me me. Te te. Tu tu. Se se. geminari solent. Verg. li. viii. me me adsum quod feci in me conuertite ferrum. Cicero in Antonium. Tu tu faces illas incendisti &c.

Mene incepto desistere uictam: Nec posse italia teucroque auertere regem & iterum: me ne iliacis occubere campis Non potuisse: tuaque hanc aiam effundere dextra: haec Vergilius. Cicero in Bruto. Tum brutus admirans tantam ne fuisse obliuionem inquit in scripto presertim ut ne legens quod senserit quantum flagitii commisisset: In his omnibus placet mihi subintelligi uere ne ita est me non posse auertere italia regem teucroque &c. Plinius iunior ad hadrianum: hominem ne romanum tam graece loqui: id est uere ne ita est: uel oportet uel oportuit ne. Terentius in andria: seruo non fortunas meas me commisisse tam utili!

Me occupato in administratione magistratus nullum tempus seponere ad studendum poteram. Vel me occupato in administratione magistratus nullum tempus mihi reliquum erat. rarissime latini sic locuti sunt. Graeci frequenter. Sed hoc modo potius: Occupatus in administratione magistratus nullum tempus seponere ad studia poteram: Vel occupato in administratione magistratus nullum mihi tempus ad studia reliquum erat. dixi rarissime non tamen nunquam: Nam quidam sic locuti sunt ut horatius de arte poetica: se puero censor castigatoremque minorum. Quintus Tullius ad tyronem. Non potes effugere huius culpa poenam te patrono: marcus est adhibendus pro te patronus.

Meditatio armorum: meditatio declamandi meditatio gladiatorum id est exercitatio. actus enim corporis per uerbum meditor indicatur

Mei Tui Sui. genitiui passiuue semper accipiuntur. Quintilianus: Et quod iter ista difficilimum fuit amor mei uicit etiam matrem suam: Cicero quod desiderium tui ferre non posset. Et me tui pudet. Vergilius. li. vi. quique sui memores alios fecere merendo. Non significatur hic amor meus: quem in alterum habeo. sed ut sic dicam de me quem alter habet: & quo amor item non desiderium tuum: sed alterius de te: Et pudor non tuus: sed de te. Et memoria non sua sed de se. praeterea de genitiuis Nostrum & nostri: Vestrum & uestri uideto in. N. Causa mea uenisti & causa mei etiam differunt. Causa mea accipitur possessiuue: eo modo quo uia mea uenisti: pecunia mea fecisti sumptum. Causa mei uero passiuue. eo modo quo beniuolentia est. modus tamen prior est usitator. fama mea & fama mei eiusdem rationis est. Et mea fama frequentius dicimus. Imago mea scilicet quae mea est: ut statura mea. forma mea. Imago mei nempe quae de me est. Sed prior modus usitator. Haec quae sequuntur in utraque parte frequentiora: ut alterum tamen alterius sensus sit. Memoria mea actiuue quae ego recordor. Memoria mei quae alii de me recordantur. uel mentionem habent. Saepem etiam possessiuue: eo modo quo fama mea dolor meus quem ipse patior. Dolor mei quem alius de me patitur. Vel forsitan ego ipse: si mihi dolens meam uicem: sicut dicimus misereor mei. Copia mea possessiuue: quam ego possideo. Copia mei passiuue: quam possideo. ut faciam omnibus copiam mei non meam. Meretrix facit omnibus copiam sui: non suam. Potestas mea quam habeo. Mei qua habeor. Utilitas

f. iiii



mea aliud est q̄ utilitas mei: tibi possideo. hic possideor. Quintiliāus. sed ut aliquid præstaret patriæ utilitas mei: id ē de me. fastidiū meū quo ego alios fastidio. fastidium mei quo ab aliis fastidior. Quum dico. hæc est pars mea non de corporis mei parte intelligit: sed de hæreditatis & itæ hæc est pars mei: non de hæreditate sed corpore. manus pars mei est nō mea. fundus pars mea est non mei. Dimidiū tui maius ait esse: q̄ dimidiū sui: profecto de corpore intelligo. Dimidiū tuū maius ait esse q̄ dimidiū suum de præda aut de cibo: aliisq; similibus intelligendum est. medium tui tangam: non medium tuū.

Mei prisciani eges. Tui prisciani egeo. hæc oratio declarat meum priscianū: nō me priscianum. Non aliter q̄ si dicas eges mei patris: egeo tui domini: quod profecto non est primitiuorū ab eo quod est ego: & tu sed de riuatiuorū ab eo quod est meus & tuus. Itaq; dicendum est: mei qui sum priscianus eges. Tui egeo q̄ priscianus es. uel me prisciano eges: Te prisciano egeo.

Mea. Tua. Sua. Nra. & Vestra interest & refert dicimus: Non autem mei Tui. Sui Nostri & uestri. Non licet enī primitiuus genitiuus dare significationem actiuam. Est autem illud mea tua sua non ex parte ante: ut qui dam uolunt: Sed ex parte post. Non aliter q̄ quū dicimus: hoc interest illius: q̄ si hoc ē offm̄ illius. Ita hoc iterē mei si liceret mei alr̄ acciper̄ q̄ passue. Nunc dicimus mea in uoce possessiua: sed ita tamen ut sit primitiuū & substantiuum: & non adiectiuum. Ista uerba uolunt post se genitiuū actiuum siue possessiuum: Danda ergo fuit uox possessiui pro signacato primitiui: non genitiuus possessiui: qui idem erat qui ē primitiuus. Sed ablatiuus q̄ natura est genitiuo similimus. Et in genere foeminino uel tanq̄ medio trium generum. ul' suauitatis gratia: ne durum uideretur meo nostro tuo uestro & suo. Ideoq; hi ablatiui iungi sibi patiunt̄ adiectiua illa tanq̄ actionem possessionemq; significantia in genitiuo. sic: mea solius interest. Tua unius refert. sua ipsius interest. Non mei solius. tui unius. sui ipsius.

Memini pro recordorū genitiuum: tum accusatiuū postulat. Terentius faciā ut meiq; & huius diei ac loci semp̄ memineris. cicero. omnia q̄ curant scnes meminerūt uadimoniam constituta: q̄ sibi cui ipsi debeāt.

Memini pro eo quod est mentionem facio recusat actū: postulatq; ḡm̄ uel ablatiuum cum præpositione de. Quintilianus: neq; oīo huius rei meminit poeta ipse. Et iterum: De quibus multi meminerunt.

Memoria teneo: non memoriter. pronūtio uel narro memoriter non memoria. Complector tamen memoria. & memoriter. repeto memoriter & memoria. aliud tamen est ille ablatiuus: q̄ illud aduerbium: memoria enī quid significatur apparet: memoriter uero est quod imperiti dicunt cordetenus & mente tenus. apud plynū tamen ad romanū lego: Tu facillime iudicabis: qui tā memoriter tenes: ut cū hæc conferre possis. Si recte sic scriptum est: recte sic dici iudicauero.

Mensarii: uide argentarius

Menthastrū dicitur q̄ syluestrem menthā imitatur.

Mentior dictum quia contra mentem loquor.

Mentum dictum quia in mentione facienda hoc est in loquēdo præcipue mento utimur.

Mereor de te: est aliquid in te confero: Si beneficii quidē benemereri de te dicor. sin autē offensionis: male de te mereri. non nunq̄ utrūq; reticemus sed in ambiguū sensū. ut quid de te sum meritus. Non nunq̄ per negationem sic: homines nihil de me meriti. id est qui nihil in me beneficii aut officii cōtulerunt. Demereor quoq; pro bene de aliquo mereor accipitur. Sed cū actō. ut ouidius erimete potui demeruisse meo. Et Qui. simul ut pleniore obsequio demererer amantissimos mei. Emereor idē pene quod mereor. præteritū eius emeritus. Vnde emeriti stipendiaria militia perfecti sunt nominantur Et in significatione passiuā: stipendia emerita. Quint. Emeritis huic bello stipendii.

Mereri: uide meritoriam tabernam.

Merere ibidem:

Meretrix ibidem.

Meritorii pueri ibidem:

Meritoriam tabernam diuersorium atq; hospitium mercenariū uocamus quo cuiq; introire licet danti mercedē. Nā mereri mercede opari laborare atq; alteri inseruire est ideoq; merere in militia est exerceri: proprie tamen spe stipendii ac præmii. quod dicitur stipendia facere. hinc meretrix dicta suā & ipsa militiā exercētes: ac stipendia sua facientes: & adiectiuū meritorius meritoria meritoriu unde scorta mascula pueri meritorii uocant̄. nā puellæ non uocantur meritoria: q̄ppe proprie suū habent nomen: quod est meretrix.

Messis tum ipsa messio est tum seges iam matura. Sementis est satio siue ut sic dicam seminatio. liuius campani sementem facere possent. cicero de



*110 56 11 62 213*  
oratore. Qualem sementē feceris: ita metes. Mirorq; quare apud hieronymum in geneleos principio & in aliis locis semētis pro semine positū est. Hæc Lau. Tu uero limam uide to.

Migrare: uide cōmigrare.

Millenūmum singularis est numeri. Cicero in philip. Inuentus ē qui. L. Antonis millenūmum ferret expensum. Et pro milone: in qbus ppter insanas istas susstructiones facile mille hominū uersabatur. Varro etiam scribit hoc milledenarium pluralē numerum efferre hæc miliadenariū. Illud addimus mille hominū dici: & milia hominū. Iterū mille homines dici: Milia uero hoies nō dici. Duo. n. substātiua nō cœrēt sine copula.

Mimus: uide istrio. *istrio est istio & mimus*

Minimū est proprium aduerbiū superlatiū. Minime uero pro negatiōe accipitur quasi nequa q; ut hic homo est Minimū litteratus. i. pauxillum litteratus. Ego sū minime litteratus idest idiota: & nihil prorsus habens litteraturæ.

Ministeriū ministri proprie est opera. Sed pro omni operatione quoque accipitur: Vergilius de rege latino: Mœstusq; refugit foeda ministeria. Mysteriū uero græcū Mystirion arcana quædā res: & proprie diuinis uiris sacerdotibusq; tantū modo cognitū. Ministeriū quoq; in nūero plurali solet accipi pro ministris: sicut Seruitia p seruis. Nā seruitiū aut seruitus ipsa: aut seruitutis actio est. ut Dauus apud Terentiū. Ego pāphis le hoc tibi: pro seruitio debeo conari manibus & pedibus & ce. Afferamus etiā in aliis exēpla: Salustius. Interea seruitia repudiarat: quorū in initio ad eū magnæ copiae concurrerant. Quintilianus saepe pro ministris ministeria dixit ut ibi: nō torfit ministerta cæci. Et liuius libro tertio Frumento nāque ex hetruria priuata pecunia per hospitium clientūq; ministeria empto.

Minus pro non sepe fere accipitur frequentissime tamen iunctū aut cū sin: aut cū quo pro ut. Sin minus idest si non. quo minus. idest ut non. sicut Quo secius etiā pro ut.

Miserabilis uisu. idest quū uidetur: non autē miserabilis sensu uidēdi. Nō facilis uisu. i. ut uideatur: uel facilis ad uidendū. Non autē q; habeat uisū facile. Non effabilis dictu idest ut dicatur. Non autē ut dicat. optimū factu: ut fiat: Non ut faciat. difficile factu: quia difficile ad faciendū ē. Incredible mēoratu: quū mēoratur. non memoratiōe: Dignū auditu quod

ē audiri dignū. Impossibile creditu. ut credatur. Rarus inuētū ut iuentat non ut inueniat. Res iucunda cognitu ut cognoscatur. Absurdum relatu quū refertur. ob scœnū aspectu: quū aspicitur. & si qua sunt alia. At homo superbus dicto & dictis: non dictu. Sauius factu & factis. non factu idest quū dicit: non quū dicit. quū facit non quū fit. Res uero saua factu & dictu: quando fit aut quando dicitur. non quia facit & dicit. Scipio clarus administratione bellorū dicitur: & administratu bellorū: quando est ablatius. idest administratione. At res publica digna ē administratu uerbiū: idē ut administratur: nisi addendo genitiuū ut administratu catonis. Quare in illo Vergiliano. Nec uisu facilis: nec dictu effabilis ulli: quandoquidem abest genitiuus non est nomen: ut Priscianus uult: pro uisione & dictione. sed uerbum: pro eo quod est ad uilendum & audiendum. Nec ignoro a multis legi: Affabilis non effabilis quod putatur sumptum ex illo uersu Actii in philoctete. Quem neque tueri contra: neq; affari queas: quod si ita est: nomen esse confitebimur: sed tamen nequaquā supinū. Multi scripserunt de cultu agrorū: nomen erit. i. de cultione & cultura agrorū. Locus autem saxosus non est dignus cultu: nepe ut colatur: uel dignus coli. homo dignus est amatu: puer dignus doctu: liber lectu. Qui ametur: doceatur: legatur. Tu es dignus gubernatu: si pro gubernatione: nomē erit. Si p eo quod ē: ut gubernaris: uel dignus gubernari uerbiū sed nomini accommodare solemus aut etiā debemus genitiuū. Verbo nec debemus nec solemus: Deniq; ex duabus supinis alterū actiuo uerbo dare possis: Alterū passiuo: ut Amatū sit ab amo Amatu ab amor. Nec ullo pacto dicendum est. Venio lectu. reuertor auditu. sed dignus lectu & c. ut supra patuit.

Moenia: uide murus.

Mollis homo dicitur: & Molle opus: hoc in laudē illud in uituperationem Vergilius: India mittit ebur: molles sua tura sabæi. idē excudent alii spirantia mollius ara. Quod non sine ratione factū est: Nā qui non fuerit seuerus fortis constans: & in morē rei duræ patiens resistensq; fortunæ uel aduersæ uel blandæ: is mollis est similis cæræ: aut tenellis plantis: Cum presertim q; mollicula mēbra hnt: fere molli sint mētē. ut pueri foeminaq; Contra autē milites nautæ agricolæ. ut corpore ita anio indurati putant hoc igitur mō mollis accipit i uitiū. In laudē uero q; ut durus cibus durū cubile durū solū. ita durū igenuū ului durus equus ad domādū durū



ingenium ad docendū: Eadem ratione molle dicitur quod non est durū  
eritq; laudabile. Quintilianus de signis loquens inquit: Illius opera du  
riora: molliora huius. Dicantur autē signa opera sculptilia: siue fusilia: siue  
cetera ad eiusmodi effigiem animalium fabricata: quemadmodū tabulæ  
opera pictorū: siquidem in tabulis antiqui pingebant non in parietibus  
Hæc talia magis dicentur mollia quæ fiūt: q̄ ingeniū quod facit.

Momentū quidam pro eo significato accipiūt: cuius est p̄ctū: tamen ali  
ter est: breue enim tempus per hoc significatur non breuissimū. horatius  
us. Quid enim concurritur horæ momento.

Monstruosum dicendū est: non monstruosum. Lucanus: monstruosq; ho  
minum partus.

Monumenta dicuntur sepulcra: statuae: libri: ceteraq; quæ nos alicuius rei  
p̄tæ moneant recordari. Vixq; sepulchra monumēta dixerī nisi litteræ  
aut alii tituli appareāt: quæ si desint magis sepulchrū q̄ monumētū erit.  
Luius li. xlvii. Vtrobiquē monumēta oñdūtur & statuae. Nā & literari mo  
numētū monumētūq; statua sup̄imposita: quā tēpestate disiectā nuper  
uidimus ipsi: & romæ extra portam capenā i Scipionū monumēto tres  
statuae sunt: quarū duæ publii & lucii Scipionū dicuntur eē. Tertia poetæ  
Quinti Ennii. Munimēta uero sunt munitiones castrorū: ceterarūq; re  
rum: quæ contra aduentū hostiū muniūt siue uallo & fossa: siue alio quo  
uis modo.

Moratus est qui moribus bonis est præditus.

Morigeratus participiū est ex morigero quod est morē gero. i. obsequor  
& obedio. Vnde morigerus obsequens obediēs & facile morē gerens:  
More maiorū cōparatū est legibus ita constitutū est. Ita natura compara  
tum est. ita natura constitutū ē. ita natura præscriptū: hoc nobis ipsa na  
tura præscribit. nobis natura datū est: ut periclitātes alleuemus. hoc ra  
tio ipsa præscribit: ita uidetur ratio dictare.

Moribundus: uide errabundus.

Morosus a more uenit: nō a mora: primā enī habet longā: ut mos moris.  
significat eū q̄ nimis exacte: nimisq; ad unguē fieri oīa postulat: ut aliquñ  
ob id indignet atq; irascatur: ut Suetonius de Cæsare: circa corporis cus  
rā morosior: ut non solū tonderetur diligenter: sed etiā uelleret. Cicero  
de senectute. At sūt morosi & anxii & iracūdi & difficiles senes.

Moror te: & maneo te: a quibusdam exponuntur pro expecto. Sed  
mea tamen sententia magis poetice q̄ oratorie Vt apud Vergiliū &

tua progenies mortalia demoror arma. Terentius: Quem hic manes.  
Oratores potius accipiunt Moror te pro retineo: & in mora tenco. ideo  
q̄ hæc duo uerba saepe iunguntur. Quint. Quid me ad huc pater deti  
nes? quid moraris abeuntem. Maneo pro eo quod futurum est: apud  
iplos interdum etiam poetas. Vergilius: Te quoq; magna manet regnis  
penetralia nostris. id est tibi futura sunt. Cicero: Cuius te fatū sicut curi  
nem manet. hoc est. Cuius fatū tibi futurū est sicut curioni.

Mulieris appellatione Caius inquit etiam uirgo uiripotens continetur.  
Vulpianus autē quodam loco ita ait: Quod si ego uirginem emere pu  
tarem Cum esset mulier: Emptio non ualebit. Hic mulierem appellat q̄  
uirgo non est. Et uulpiani quidem locutio recta est Cicronis testimonio  
qui obiurgantibus q̄ Sexagenarius popiliam uirginē duxisset: Cras mu  
lier erit inquit. Cui quoq; definitio locum habet aliquando. Vt si quis ui  
dens decē feminas quarum aliqua uirgo sit atate tamen qua possit mu  
lier esse dicat uidi decē mulieres. idem quoq; Vulpianus inquit. mulierē  
ita arctam ut mulier fieri non possit: sanam non uideri constat. Eandem  
dixit & mulierē & non mulierē: primum pro ea quæ est foemina: Secun  
dum pro corrupta.

Multum. paulū. Tantum. Quātum. Aliquantum: posituos magis decēt  
Comparatiuos uero & suplatiuos Multo paulo tāto quanto aliquanto ut  
Cicero. q̄to es maior tanto te geras submissius Catullus: tanto pessimus  
omniū poeta Quanto tu optimus omnium patronus Etcōtra: quantum  
potes: tantū elabora: nō autem q̄to potes tanto elabora. p̄xiē at ad uim  
Comparatiuorū accedunt illa aduerbia ante & post siue præpositiones  
ut Tanto ante ego ueni quāto post tu uenisti. Et illud nomen Alius & su  
um aduerbium aliter: & huic simile Secus. ut Quintilianus: at quanto  
alius fuit ille infelicitissimi iuuenis affectus. Et Terentius: uerum aliter e  
uenire multo intelligit. Et Cicero: multo secus euenit. Sed illa in um ga  
transeunt in aduerbia ideo non nunq̄ abutimur pro his: quæ exeunt i. o.  
Iuuenalis: Despiciam qui sit quantum sublimior atlas. Terentius. Cuius  
frater aliquantulum est ad rem audior: Quintilianus. Acquis  
dam si forte susceperint negocia paulum ad dicendum tenuiora: ea con  
uiciis implent. ita fit in aduerbiis participiisq; multū ante uel multo an  
te. paulum post: uel paulo post. Verbis autem semper fere conuenit per  
um potius q̄ per .o. exceptis ab Ante. a præ a post compositis. Vt mul



to præstat multū præstat. Ita multū uel multo atecellit. Paulum uel paulo post habui tua negocia meis.

Mulus qui proprie generatus est ex asino & equa. Nam hinnulus dicitur qui patre equo matre asina genitus est: quem quidam Burdonem noiant.

Munerarius qui dat munus populo gladiatoribus in arena exhibendis.

Municipes: uide munus.

Munimenta: uide monumenta.

Munus paulus inquit: tribus modis dicitur. uno donum: & inde Munera dici dari miti ue. Altero onus. quod quum remittitur uacationem militiæ munerisq; præstat inde imunitatem appellari. Tertio officium: unde munera in litaria: & quosdam milites muniticos uocari. igitur municipes dici q; munera ciuilia capiāt. idem alibi. municipes intelligendi sunt & hi qui in eodem municipio nati sunt. Vulpianus uero sic: municipes quidē proprie appellantur muneris participes recepti in ciuitatem ut munera nobiscum facerent: Sed nunc abusiue municipes dicimus suæ cuiusq; ciuitatis ciues: ut puta campānos puteolanos.

Munus publicum: pomponius ait. est officium priuati hominis ex quo cōmodum ad singulos. uniuersosq; ciues. remq; eorum imperio magistratus extraordinariū peruenit.

Munus. Marcus inquit. proprie est quod necessaria subimus lege morei perioe eius: q; iubendi habet potestātē. Dona autem. proprie sunt: quæ nulla necessitate iuris officio: sed spōte præstantur. quæ si non præsentur nulla tamen unquam reprehensio est: & si præsentur plerunq; laus inest. Sed in hoc uentum est: ut non quodcunq; munus idemq; Donum accipiāt. At quod donum fuerit: id munus recte dicatur. Quod Marcus ait contrarium est uerbis Vulpiani dicentis. inter donum & munus hoc interest: quod inter genus & speciem: Nam genus esse donum labeo a donando dictū. Munus speciem. Nam munus est donum cū causa ut puta natalitium: nuptiarq;. mea tamen sententia neq; genus neq; species in hæc duo nomina cadit. Et nullum mihi uidetur donū sine causa esse.

Murus est urbis lapideus ambitus. qui græce dicitur To Teichos. Paries uero domorq;: græce ho Toichos. Murus est etiam non urbis: sed urbis tamen similitum. ut munitionum castrorq;. Moenia p muris accipi solent & p ædificiis ipsius urbis. Porta murorq; est: munitionūq; atq; castrorū Ianua parietis ac domorq;.

Mutuo se amant. i. inuicem. Mutuo etiam e diuerso uel e contrario signifi-

cat Cicero fac me mutuo diligas: hoc est fac mihi in amore respondeas. Mutuus amor & mutua beniuolentia. i. respondens & reciproca. Mutuo uerbum: uide foenero.

N



Actus sum pro inueni siue repperi frequenter accipitur Cicero in paradoxis: siquem eris nactus. Et de uite in libro de senectute: Quicquid est nacta complectitur.

Næ mihi uidetur idē apud nos significare: quod apud Græcos scribiq; cum diphthōgo debere Næ: quod est certe: Ut apud Terentium faciunt Næ intelligendo ut nihil intelligāt quasi faciūt pfecto. hæc apud Ciceronē dictio frequens est: ut de oratore. li. iii. Næ illud aut sane quē admodū uerba seruat: & illuminet a magistris istis requiret.

Nam prima semp est dictionum: namq; uero solet & primū locum sortiri & secundum aliquando etiam tertiū. præterea nam aliquando accipitur i pro autem ad distinctionem sententiæ. ut in salustiū Cicero: nam quod in uxorem atq; filiā meam tam petulanter iuectus es. idem ualet ac si dixisset: Quod autem in uxore &c. siue quod uero. ueluti sæpe incipit solemus. Ut idem: Quod autem scribis quid de exitu belli sentiā. magis consilium petere possum q; ipse aliis dare: Et de oratore. li. i. Quod uero uiros bonos iure ciuili fieri putas: quia legibus & p̄mia proposita sit uirtutibus: & supplicia uitiiis &c.

Natalia significant quod natalis: q; est dies natalitius: utrūq; conuersum in substantiuū ab adiectiuo hic & hec natalis & hoc natale. ut natalis horæ tempus apud. Quiuit. in gladiatore. Natales uero magis cōditionem sanguinis ac familiæ. ut gñosi natales obscurina tales. plynus ad messium nō nunq; candidatus aut natales cōpetitoris aut annos aut etiam mores arguebat. hic p ignobilitate accipitur.

Natus: nata natabus dicimus: ut filius filia filiabus. non priuignus priuigna priuignabus: Nec Genitus genita genitabus. De natus uide etiam in filius.

Ne plerunq; una sola semper in parte prima collocatur. ut bonus ne uir est: an malus! Aliquando cum locia. sed id sæpius apud poetas. Vergilius: hoies ne feræ ne. Sæpe hoc modo: illuc eam nec ne ignoro: sed hoc dubitatie. interrogatiue quoq;: ut pro flacco Cicero: utrum uultis pretori flacco licuisse nec ne? id est licuisse an non? Quidā superuacuo addunt An sic: nescio an beneficiam nec ne.





**Ne ueneris futuri ē temporis. Non ueneris prateriti. Hoc negat: Illud ue-  
tat: sicuti ne ueni & ne uenias.**

**Necatus** priscianus inquit: proprie ferro. Nectus uero alia ui peremptus  
dicitur. Sed ego sentio generalem significationē necatus: specialē uero  
Nectus eē. Cicero in rhetoricis & alibi saepe ait: Veneno necatus. Qui  
tilianus. li. iiii. hinc est adulter loris cæsus: aut ferme necatus. Præterea  
nunquam nectus dicitur sine certo genere mortis ut nectus sicuti tatalus.

**Necubi** uide negationes.

**Nedum** duobus modis periti uti solent: Vno quū utranque sententiā eor-  
dem claudimus uerbo: Altero quū utriq; sententiæ uerbū damus. Pri-  
mo modo sic: funderem pro te sanguinem nedum pecuniam. Secundo  
sic: funderem pro te sanguinem: nedū pecuniam tibi credere & hoc affir-  
matue: negatiue sic. Non perderem pro te obolum: nedum sanguinem  
Item non crederem tibi obolum ne dum pro te funderem sanguinem.  
Atq; in affirmando id quod plus est maiorisque momenti in prima par-  
te ponendū: In negando quod minoris est. plus enī & magis mometo-  
sū est fundere sanguinem quā pecuniā: Et minus est & leuius ē perdere  
aut credere obolū: q̄ perdere aut profūdere sanguinē. Impiti uero hanc  
dictionē accipiūt pro non solū sic dicētes: Nedū pro te laborē suscipere  
sed etiā mortē: Quod sic dicendū erat: Mortē pro te suscipere nedū la-  
borē. Aut per non solū: Nā contrarius modus est a Non modo per ne-  
dū sic: non solū pecuniā pro te funderē sed etiā sanguinē. Itē: Non mo-  
do tibi pecuniā credere uerū etiam pro te sanguinē fūderem: & hoc af-  
firmatiue: Rursus negatiue: Non modo pro te sanguinē non perderem  
sed ne pecuniā. Itē non tantū pro te sanguinē non perderē: sed nec pe-  
cuniā. Itē non tantū pro p te sanguinem non fūderē: uerū ne obolū qdē  
tibi credere. hęc est igit differentia Inter nedū & non solū: siue non mo-  
do: siue non tantū. præterea Nedum auget præpolle q̄ alteri parti cui  
adiungitur: Non modo autem æquiperat.

**Negationes** aliquando tres non plus efficiūt q̄ duæ collocatōe ipsa dicti-  
onū efficiente Vt nunq̄ mihi nec obsuisti: nec profuisti. Tres hic sūt ne-  
gationes: Muta primam negationē in mediū aut in postremū iā euanes-  
cet cū ibi locū non inueniat: sic. Mihi nec obsuisti nec profuisti unq̄. aut  
sic nescis nec in pace nec in bello uiuere: nec in pace nec in bello scis ui-  
uere. ibi tres negationes sunt hic duæ cū eadē sit sententia: Vereor timeo  
metuo & siqua sūt talia idem efficiunt uel cum negatione uel sine ea: Vt

uereor ne uēiat: & uereor ut ueniat. Timeo ne moriatur: & timeo ut mo-  
riatur more Cicerōis. Vt ne pro ut n̄ Metuo at ne pereat. Et terētius: ap-  
prime in uita utile ut nequid nimis: pro nequid nimis. Ex quo miror Ser-  
uium ita scripsisse primo georgicor: Vnde male quidam hunc locū scri-  
bunt: Pater adest Cauene te tristem sentiat: Nam & ne & caue prohiben-  
tis est. præterea Ne unq̄ pro nequa q̄: & ipsum nequa q̄ & nusq̄ & nuspiā  
simplicem negationem indicant: ideoq; uno uerbo contēta sūt. ut neq̄q̄  
ueniā. Necubi uero duplicem: ideoq; duplex uerbum postulat. Volo ne  
cubi mihi obuius fias: idē ne alicubi. ut sicubi pro si alicubi. sicū de pro si  
alicunde.

**Nempe** pro certe ponitur: Cicero apud quem hęc dico: Nempe apud  
eum qui quū hoc sciret: me tamen ante q̄ uidit reip. reddidit. Non nunq̄  
sine interrogatione horatius. n. quandā epistolā sic inchoat Nempe hoc  
quæstisti: Et persius: Nempe hoc assidue dixi.

**Nemora**: uide lucus.

**Ne ue**: pro ut non: Quintilianus: Cauendū etiam ne ue sit maior transla-  
tio q̄ oporteat: Ne ue quod saepe accidit minor: Ne ue dissimilis. Cicero  
ita iungetis ut neue aspere concurrant: neue uastius diducantur:

**Ne unq̄** uide negationes.

**Nequa q̄** ibidem.

**Nimirum** pro certe: Quintilianus: Vter melior dicetur orator: Nimirū  
qui homo quoq; melior.

**Nisi** quoties principium sententiæ est indicatiuum desiderat: alias etiam  
subiunctiuum. Cicero pro Milone. Nisi forte putamus dementem  
.P. scipionem africanum fuisse: &c. Quintilianus. nisi forte imperatorē  
quis idoneum credit &c. præter principia autem sententiarum sic. Vapu-  
labis nisi caues: uel nisi caueas. in illo superiore nisi uerbum adest princi-  
pale: Hic non adest.

**Non modo**: uide Nedū.

**Non solum** ibidem.

**Non me fallit**: Non me præterit: non me fu Ngit: on me capit idē significa-  
re quod non ignoro Quintilianus autor est.

**Nostras**: uide Cuias.

**Nostrum & uestrum** genitiui actiue significant: nostri & uestri passiuæ. Vt  
nemo nostrum. nemo uestrum. non autem nemo nostri: nemo uestri.  
Rursus habete curam nostri: sicut habemus curam uestri non autem ha-

bere curā nostrum sicut habemus curā uestrū.  
Nouacula cultur rasorius.  
Noualis inquit paulus: est terra proscissa quæ anno cessat. In quo autori-  
tatem Varrōis secutus uidetur dicere: ager Restibulus instituitur a cre-  
seritur quotānis: Contra qui inter mittitur a nouādo noualis ager. Et ply-  
nii qait id Nouale est quod alternis annis seritur: Idem quoq; sentire ui-  
detur pompeius festus: qui dicit Noualis ager nouæ relictul sementi Sūt  
qui uelint Nouale esse aruū tunc primū ad sementem proscissum quorū  
est Seruius: qui inquit. Dicimus & has nouales & hæc Noualia: proprie  
Nouales tunc primum arua proscissa. Quintiliāus item in milite maria-  
no inquit Mox ingentibus lacertis humū fodere senem: futuris Nouali-  
bus eruere syluas. Hieronymus etiam in hūc sensum diffinit dicens: No-  
uale est ager nunc primum proscissus: Sed Vergilius in sensum priorem  
accipit. quum inquit: Alternis idem tōsas cessare nouales Et segnē patie-  
re situ durefcere campum: ideoq; Seruius alibi ait: Noualia. i. noua terra  
quæ per singulos annos renouatur per semina.

Nouissimus pro ultimo dicitur.  
Noxæ dedere est poenæ dare: siue tradere ob noxā: qua significatur culpa  
Est autem hæc poena seruorum: quos dñi malunt ad penam tradere q̄p  
stare maleficiū: quod illi admiserunt: Paulus ita diffinit. Noxales ap-  
pellantur actiones: quæ non ex contractu: sed ex noxa atq; maleficio ser-  
uorum aduersus nos instituuntur. quarum actionum uis & potestas hæc  
ē: Ut si damnati fuerimus: liceat nobis de dictione ipsius corporis quod  
deliquerit euitare litis existimationem. Vulpianus quoq; addit ut corpus  
tradatur uiuum: Igitur Quintilianus in gladiatore: Alebat deuotum  
corpus grauior omni fame sagina: & inter dedita noxæ mācipia cōtenū  
firmus Tyro gladiator &c. Noxa etiam damnū significat. Ouidius. li. xy.  
met. Nocte nocēt potæ: sine noxa luce bibūtur: & Suetonius de caesaris  
uita: Spurinamq; irridens & ut falsum iarguens q; sine ulla sua noxa  
idus martiæ adessent. De brutis autem improprie dicitur ea dedi noxæ  
ut de capro apud ouid. li. i. fast. Verba fides sequitur. Noxæ tibi deditus  
hostis. Spargitur effuso cornua bacche mero. Seruius super illud Vergi-  
lianū Vnius obnoxam ait. Noxam pro noxia. i. culpa quasi noxa per se  
non significet culpam.  
Nudiustertius & Nudiustertius nec ultra progreditur: sicut biduo. Triduo

Quatriduo. Et binoctio. Trinoctio. Quatrinocidio. & non amplius ni-  
si putamus sine menda scriptū esse in philipicis Nudiustertius decimus  
Plautus ut solet licenter inquit: Nudiustertius. quartus quintus sextus. sep-  
timus. octauus. & ad huc deinceps: ut et ad millesimum fuerit processu-  
rus. Nudius secundus iccirco nō habemus: quia adest alterum uocabulū  
& quidē magis proprium: quod est heri. De die autem qui precessit he-  
sternum dicimus nudiustertius: & de superiore adhuc nudisquartus scilicet  
licet nūc de tertio uel de q̄rto. De sequenti Cras. de hic pximo Perendie  
Vnde dies perendinus dies ab hinc tertius. Et comperendinare dis-  
ferre in longum de die in diem.

Numen est imperiū potestasq; dei.

Numeralia scire uolentes primum hoc admonemus: in quo pleriq; fallū-  
tur. Trecenti scribendum esse: nō Triceni: quū significat trecentariū nū-  
merum: quod syncopatū est sicut cetæra. Dicimus enim duceni pro du-  
centeni: Trecenti pro trecenteni. Quadrigeni quingeni. Sexcenti: se-  
ptingeni. Octingeni Nongeni uel Nonigeni. pro quadrigenti. quin-  
genteni: sexcenteni. septingenti: Octingenti. nongenti uel nonin-  
genteni Centeni autem & milleni non syncopantur quia non sunt prælo-  
ga dictiones sicut superiores. Triceni autem caret syncopa sed imutauit  
g in c. sicut uiceni pro uigenti. Et triceni pro trigenti. Est enim similitudine  
uocis & g. Quemadmodū d & t propter quod dicimus quadrigenti  
pro quatercenti. in quo nomine & t in d & c i g mutatuū est. Recēsebimus  
iam infra Centum ut supra Centum fecimus: dicimus igitur Singuli bini  
terni quaterni. q̄ni. seni septeni. octeni noueni. deni. undeni duodeni ter-  
nideni. quaternideni quinideni. senideni: Vel deniquaterni deniquini de-  
niseni denisepteni. deniocteni. deninoueni. uiceni. uicenisinguli. uiceni  
bini. uiceni terni. Vel singuli & uiceni. bini uiceni terni & uiceni & ita  
deinceps. Tum triceni. quadrageni. quinquageni. sexageni. septuageni:  
octogeni. non octuageni: octoginta enim dicimus nō octuaginta. nona-  
genti non nouageni: deinde centeni. hæc autem nomina & in plurali & i  
singulari utuntur autores: Crebrius tamen plurali numero. Præterea uti  
nomina supra centum syncopantur: Infra centum uero minime ita e di-  
uerso aduerbia infra centum syncopantur: ultra minime. ut Vicies p uigi-  
ties. Tricies pro triginties. deinde quadragies. quinquagies sexa-  
gies: septuagies octogies. non octuagies Nonagies. Cætera non syncopantur  
g ti



pantur quinquies. sexies. septies. octies. nouies decies. centies. Ducētes  
Trecenties quadringenties. septingenties. octingenties: noningenties.  
milies. de inde bis milies ter milies. quater milies quinq̄s milies. dāsies  
milies. uicies milies. & dcinceps cetera

Nūmularii: uide argentarius.

Nuntius inquit Seruius: est qui nuntiat quod autem nuntiat licet neu-  
tro dicatur: tamen inuenitur & masculino. Miror cur ita dixerit: Ego qui  
dem nusq̄ hoc nuntium legi: ac ne ipse quidem ut optior. Cum festus  
pompeius uetustior eo autor ita scribat: Nuntius & res ipsa & nūtiū dē  
hac lau. Tu uero in lima leges Seruium recte dixisse.

Nuper: uide dudum.

Nusq̄: uide negationes.

Nuspian: ibidem.

Nutare est proprie alicuius male solidatæ molis ruinā minātis: de animo  
quoq̄ titubante & nesciente quo potissimū se cōferat nutare dicitur. Ti-  
tubare est pedibus nō ualētis insistere quales sunt ebrii: aut infirmi: aut uul-  
nerati: aut decrepiti senes Transfertur etiā ad animū. Quintilianus: Ne-  
q̄ ulla unq̄ tanta fuerit dicendi facultas. quæ non titubet: aut hæreat quo-  
ties ab animo uerba dissentiant. Vacillare est alterno motu inconstantē  
esse: Quintilianus: Est & illa indecora in dextrū ac leuū latus uacillatio  
alternis pedibus insistentium. Vnde & naues utiq̄ uacue uacillāt. Ad ai-  
mū quoq̄ transfertur ut apud iurisperitos de fide testis uacillate: qui in  
constātia diuersa testimonia dixerit.



**O** Nominatio Accusatio & Vocatio idifferēter adiūgi sole  
Verg. O fortunati quorū iā mœnia surgūt aeneas ait: Et alibi  
O fortunatos nimirū sua si bona norit agricolas. hic actūs est  
ibi ntūs uel uocatiuus eē pōt: Cicero itē O uariā uolucrēq̄ for-  
tunā. Neq̄ hoc in tertia persona tantū: sed et in priā & secūda ut idē: O  
me miserum O te infelicem. Etiam non apposito pronominē: ut idem  
O miserum & detestabilem hominem si hæc ignoras. idem: O te miserū  
O te infelicem. Quæ exclamatio ad omnem affectum conuenit: uel misē-  
rationis: uel indignationis. Simili modo ī nominatio & uocatio: ut idē  
O fortunata mors: quæ naturæ debita pro patria est potissimum reddita  
Et iterū: O magna uis ueritatis Aliq̄n ab o supsedemus utiq̄ ī re leuior  
neq̄ ita magni calor. ut indignum facimus. & hominem neq̄: qui non

dubitaret uel in foro alea ludere: uel cum lege de alea condemnatis. Ci-  
ceronis uerba sunt ī Antonium. Et plinius iunior ad octauium: hominē  
te patientem uel potius durum ac pene crudelem: qui tā insignes libros  
randiu teneas. Quod si excādesceremus dicēdum esset o hominem ne-  
quam: & o hominem patientem. Aut sine indignatione: ut apud Valeri-  
um. li. iii. Sed mihi uti ista conditione uitæ non est opus: sine ullis imagi-  
nibus nobilem animum: aliq̄to hoc remissius est q̄ si dixisset: O animū  
sine ullis imaginibus nobilem: id est sine maiore nobilitate nobile.

Obdormisco pro suo primitiuo obdormio accipitur.

Obeo legationem: exequor munus & officium legationis. Obeo pro-  
uinciam exequor officium provinciale: ita obeo mortem exequor &  
perago mortem: quemadmodum dicitur quis obiisse diem pro iuisse.  
Item obiit diem suum: idem ē quod mortuus: & iuit ad diē fati. ut apud  
Sulpitium: nuntiatū est Marcelum diem suum obiisse. prætermittimus  
autem non nunq̄ illum accusatiuū dicentes: Marcellus obiit. Quod itē  
fit in illis significatione similibus uerbis: oppetiit & defunctus est. Nam ī  
priorē subintelligitur accusatiuus mortem: in posteriore ablatiuus uita  
Est autē oppetere frequentius quidem mori non fatali sed illata morte: ī  
terdum tamen & fatali. Cicero de diuinatione: æquius esse cēsuit se matu-  
ram oppetere mortē &c. sine accusatiuo etiā legitur ut apud Vergiliū  
Quis ante ora patrum troiæ sub mœnibus altis cōtigat oppetere.

Obruere ē operire siue aqua ut obrutus undis siue terra: ut obrue uersata  
cerealīa semina terra. Siue per trāslationem ad animum. ut Quir. Tot  
uoluptatibus obruere possūt unum dolorē. Sed de multo uino potando  
etiā dicimus: sicut Ingurgitare & assumendis multis cibis: Cicero pro de  
iolaro ait: Vino se obruisse nudumq̄ saltasse. Et in Antonium: ut fratrem  
imitetur se obruit uino. Et in eundē: Quum se cibis igurgitasset. Ingur-  
gitare aliquando utrunq̄ complectitur sicut Crapulari non modo in ui-  
no: sed etiam in cibo unde fit Crapula. ut idem in eundem: Edormi. inq̄  
Crapulam & exhalā.

Obseruo duo significat: Vnum quod est custodia aliquid oculis animo-  
q̄ in modum speculatoris. ut obserua transeuntes: obserua filium: obser-  
ua dauū quid agat: quid loquatur: quasi custodi & ānota. hinc fit Obser-  
uatio quasi annotatio id est animaduersio. item obseruo non speculan-  
dis modo sed admirantis uenerantisq̄: & id tantum in homines nō in res  
quoties quē uel uirtute uel dignitate suspicius & colimus: Vnde fit obser-

g iii



uantia: q̄ est ueneratio q̄dam & honoris exhibitio: Quare melius obseruationem q̄ obseruantiam hi q̄ nominantur fratres suū institutū noīarēt. Obses est: qui traditur imperio alterius ea conditione ut si dator obsidis a fide recedat recipiētis sit ius in corpus & uitam obsidis. quod precipue inter potētes cōmerciū est: qui non habent superiores: ad quos pro iustitia prouocent.

Obuius tibi & obuius tibi fio. obuius sum tibi: & obuium me tibi fero. obuius me tibi fortuna obtulit. Obuiam quoq; per eadem & per alia plura uerba uariatur: ut obuiam proecessi: obuiam iui: & alia multa.

Occupare est locum tenere: aut capere: & ui capere. ut apud liuium Nam & ipsis uocantibus urbem hanc accēpi: non occupauit. id ē ui accēpi aut mea sponte accēpi non aliorū rogatu. Sæpe uero antecapere est: ut alii qui loquūtur præoccupare. Vnde schema illud occupatio appellat quōties quæ dici ab alio poterant ea ipsi præueniendo dicimus in nostram partem ne nobis postea officerent retorquentes. Proprie deniq; ē occupare q̄ uod ī medio siue in medium atq; in comune positū est ante cæteros capere: Quod testatur Quintilianus dicens. Multa nihilominus quæ libera fuerant transeunt in ius occupantium. sicut uenatio & occusio inde occupatus dicitur: qui ante negotio aliquo detentus non potest alterius negotio operā dare: Atq; hinc uocatur occupatio: quū alicui necessariæ rei & cui ante oīa operā dare debemus cū diligētia uacamus

Ocyus pro posituo ocyter accipi solet.

Odius passiuē accipitur quū a uerbo uēit ille enī significatur qui odio habetur: Non is qui odit. Quū a nomine uenit Actionem significat Nam odium molestiamq; antiquitus significabat. Teri phor. Nunq̄ odio tuo me uinces. Et iterū: Si porro esse odiosi pergitis. i. molesti.

Odor notū est quid in utroq; numero significat: ī plurali uero tantū ndo ramenta: ut odores ex arabia sunt.

Offendo fere quod reperio: Cicero Sed tamen neminem tam maleficū offendi &c.

Offensio: uide ueni in opinione.

Officina est ubi opa fiūt. Taberna ubi opa ipsa cæteraq; merces uēditā officia ē statuarii fusoris. cælatoris uitrearii pictoris. sutoris. fabri. Taberna uocatur lanaria. uaria olearia: & mille huiusmodi. Vnde opifices & Tabernarii uocantur. Nec negaueri alqñ unū eūdēq; locū officinā & tabernam esse: ut Sutrina in qua calcei & fiunt & uendunt.

Officiū est uirtutis actio. Vel ut latius explicem pro loco. pro tempore. pro rerum dignitate. similibusq; inde illud est quod dicitur a multis: in familia bene iustituta omnes in officio sunt id est omnes agunt quod debet. Et missi sūt legati obuiā ciues officii gratia: Et circūstabant senatores cæsarem sedentē in aurea scella officii gratia id est honoris gratia: Quo factū est etiā: ut officia significēt beneficia siue obsequia. Vnde illud ciceronis: odiosū sane genus hominū est officia exprobrantiū. q̄ meminisse debet is in quē collata sūt: nō cōmemorare qui cōtulit: Magistratus quoq; officii dicitur: siue quia honoris causa factus est. siue opis populo ferendæ. siue quia ius suū cuiq; & qd̄ cuiq; debetur reddat. Cetera etiā artes quæ modo honeste sūt suam actionē offm̄ uocāt ut officii grāmatici officium medici: officii architecti.

Olim & iam olim: siue oli iam dicitur. Quintilianus sed in foro tamen illam facilitatē olim desiderauimus: id est iam oli. Et alibi: olim iā imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locū quærit. hoc est iam oli quod est iam a longo tēpore. Olim pro futuro: ut apud eundē: Sūt clari hodie quoq; eiusdē operis autores: qui olim nominabūtur. Poetæ etiā pro aliquando utuntur. Vergilius: Ac iā olim seras posuit quum uinea frondes Non nunq̄ etiam pro iādudū accipitur: ut Curtius. li. viii. Olim enim uero mero sensibus uictis ex lecto repente confurgit.

omnis posituo & Comparatio cōuenit. ut omnes boni & omnes sapientes omnia placidiora animalia

Oportet legere libros. Expediit euoluere autores Vtile est cognoscere plurima. operæ pretiū est habere quos imitemur: Necessse est adhibere usū Conducibile ē descendere in certamen & agitare cū aliis cōtrouersias: Vel per passiuū: oportet legi libros. Euolui autores. cognosci plurima: hēri quos imitemur: adhiberi usū agitari cū aliis cōtrouersis. Hūc posteriorē modū magis ars grāmatica pbat: illū magis autoritas. Secus ī ptō Nāq; nō ita legimus. Sæpe fecisse hoc oportuit. Cicero ī uerrē. Tñ id factū nō oportuit. Et ī eūdē: Apollinis signū ablatū certe nō oportuit: Et alibi: Totā rē illi integrā seruata oportuit.

Oppetio: uide obeo.

Oppido q̄: uide sane q̄.

Oppidū oīs urbs est: p̄ter romā: quæ peculiari noīe Vibs uocari cœpta:

Fecit ut cætera urbes oppida uocarent: q̄ iā ipsa oppidū amplius nō ē

Opprobriū: uide probrū.



Opera est actio: ut dabo operam. Et iure civili: de operis libertorum. Vt ait Vulpianus: operæ sūt diurnum officium. opus est finis: fructusq; opere. Vnde opera autorum dicuntur: Et opera publica ipsa publica ædificia. Sed ut uidere uideor quoties nō ad laborem corporis: sed ad laborē animi & artem industriamq; respicimus magis opus q̄ opera dicendum est ut in opere rustico. in opere faciundo in opere fabili. in opere textorio. Operæ pretium ab opera est: ut uersus idicat Iuuenalis: Est operæ pretiū penitus cognoscere toto. Quid faciant agitentq; die. idest fructuosum est: & ad rem pertinet. ideo quia decens: uel quia utile. uel quia gloriosū uel quia iucundum.

Opinio: uide Veni in opinionem.

Orator uide declamator.

Oratum ire: & oraturum esse non est idem ut uult Priscianus. Nam alter presentis temporis est: ut uideo te accusatum ire me: idest nunc. Alterū futuri: ut uideo te accusaturum esse me: Et tamen accusatū iri me abste uideo: accipitur p̄ eo qd̄ ē uideo te ul̄ accusatum ire me: uel accusaturq; eē me. uel abste accusandum esse me. Est enim idem accusandū esse & accusatum iri: Damnādum esse & damnatum iri. Nam eodem loco dicere possumus Credo peccatum meū rescindendum eē & rescitum iri. hæc lau. Tu tamen in lima leges idem esse oratum ire & oraturq; esse.

Orbus quicūq; aliqua re cara priuatus est: proprie autem parens amissis liberis: quasi amissa luce oculorum. hinc orbitas: quæ est illa qualitas patrū post amissos liberos. ut uxoris uiduitas post amissum maritū

Ordo est digestio: & i suo loco cuiusq; rei collocatio uelut i acie fit: ubi pedes: ubi alæ equitum: ubi leuiter armati: ubi cæteri ex utilitate rei distribuuntur. Et in argumentatione ubi ponenda sunt firmissima argumenta ubi infirmiora: ubi mediocria. Vnde in ciuitatibus & romæ presertim ordines sunt. ordo consularis. pratorius. senatorius. equestris. adeo ut ordo quoq; pro ipsis hominibus accipiatur illius conditionis: Cicero i hoc ordine: pro in senatu: aut pro equitibus romanis frequētissime dixit. idē quodam loco ait: Quam apud omnes ordines esset gratiosus. id ē apud omnium ordinum homines. Series autem est rerum quædam continuata progressio: ut in serie orationis: idest continuato contextu: Quintili. Quod non nisi in contextu orationis serieq; contingit. Vergilius: Dux etaq; ab origine gentis fortia facta patrum: series longissima rerū. Oriundus non habet uim participii. cuius quidem utendi hic modus est:

Ego sum ortus Romæ: oriundus a placētia: liuius: Nati carthagine: sed oriundi a syracusis. idest a syracusis originem trahentes. unde fuerūt parentes. Vel sine præpositione: ut idē: Alba oriundum sacerdotium. In personis fere cum præpositione: Idem longe is princeps latini nominis erat: si famæ credimus ab ulyssē deaq; Circe oriundus. Non nunq; per i declinabilia: ut inde ego sum oriundus: unde tu.

Orphanus: uide pupillus

Ouis marem foeminamq; significat.

**P**

Apulum uide pastio.

Pacificatus sum pacem feci. Pacatus sum in pace sum uel ab armis recessi. Placatus sum ab indignatione animi ad lenitatem redii: uel animo leni sum.

Pampinarium nō terra ubi nascuntur pampini sed congeries pampinorū idest uirentum ultis ramusculorū. Vel ut ait plinius palmes qui e duro exit. materiamq; in proximū annum promittit pampinarium uocatur: Certe in hoc palmite multi pampini sunt.

Pānosus is dicitur: qui crasso pāno ac uili opertus est: Nec de hoc nisi de paupere dicitur.

Parasitaster non paruus parasitus est: sed imitator parasitorū.

Parasitus est: q̄ oīa ad uoluptatē eius loquitur: in cuius contubernio ē omnia assentatur: omnia illius facta simul ac dicta laudat: nihil repugnat nihil facere recusat uentris gratia: In quo sūmū bonū constituūt. quorū magna copia in principū domibus est. Scurra autē est: qui risū ab audientibus captat non salua dignitate personæ.

Saluosus potius q̄ saltosus dicitur: **Q**ue enim quartæ sunt declinationis assumunt u. ut uultuosus fructuosus.

Saluber siue quod usitatus ē salubris dicitur aer cibus potus locus: multa q;

huiusmodi: idem fere q; saluifer siue salutaris. Sanus homo dicitur: cetera

ra q; aialia: Res salubris p̄bet sanitatē: homo uero recipit: p̄t & p̄bere:

tūc q; saluber quasi saluifer dicitur. Sed i utroq; ēt aliqua reperitur exceptio

Siquidē sanum aerem: sanum cibū: sanum locū uocamus: quasi salubrē

& p̄betem sanitatem. Contra q; salubris pro sano: Salustius: Genus ho-

minum salubri corpore uelox.

Salue: uide Vale.

Salutare: uide Vale.

Sane tum affirmatiue sumitur: ut ita sane: sane uero. Tum pro ualde ut ho-

mo sane nobilis. Interdum cum superlatiuo ut Suetonius de uita cesaris:

bellū s̄ae difficillimū gessit: Tum permissiue: quotiēs aliqd aduersario tri-

buius: ut sit s̄ae ut ais. **V**t Quint. Tulerit sane filius nr̄: merito poenas

dederit spiritū supplicio. nihil de p̄teritis loquamur q̄si esto: ita sit ut uis.

Sane q̄ pro ualde uel p̄q̄. Aulus gellius: Sane q̄ utile. Seruius Sulpitius ad

Ciceronē: Postea q̄ mihi renūtiatū ē de obitu filiaē tuæ: sane q̄ pro eo ac

deui grauitate molesteq; tuli. Et ad eūdem cælius: Sane q̄ litteris cæsaris

sumus commoti.

Sanus: uide Saluber.

Sarcina: uide Aceruus.

Sarmentum: uide Malleolus.

Satiare ad oēs sensus attinet: Saturare ad unū gustū. Nam figurate locus

tus est Cicero: Iracundiam meam saturas tuo sanguine: quasi sitim meā

saturas. Satiare frequenter ad animum transfertur.

Saxatilis incola saxorum.

Sectio crebrius reperitur q̄ secatio:

Sectile porrū legimus nō tam sectibile: qd enī non est sectibile: quā sectū:

& sua sponte concisum: Nam concisum & sectū introrsum uidetur.

Securicula parua securis.

Secūdū nō nunq̄ pro iusta & post. Virg. dulcibus illa quidē illecebris aut

plena secundū fluia. Sulpitius: Marcū Marcellū post coenæ t̄ps a magio

cillone familiari eius pugione pcussū esse: & duo uulnera accepisse. Vnū

in stomacho alteri in capite secundū aurē: hic iuxta significat. Itē quod

ab altero secūdū est. i. iuxta est atq; post. Iō secundū pro post accipit: q̄si

secūdo loco. Liuius. li. nono. hetrusci belli fama exorta ē: nec erat ea tem-

pestate gens alia: Cuius secūdū gallicos tumultus arma terribiora esset.

Secundum accipit ēt pro eo qd est pro. ut secundū te litem do. Secundū

me iudica. i. pro me. Et pro in. ut secundū getē. i. in gete sōni. Secundū at

platonem: Secundum pythagoram sensus hic notissimus est.

Secus proxime ad uim cōparatiui accedit. nā ut dicimus multo magis: ita

multo secus. Cicero: Multo secus euenit. multo aliter.

Sedere de hoibus aliter d̄r: Aliter de auibus. Nā cetera n̄ sedēt nisi simia

& aliq̄ simile. Ipsū uero sedere auū est i loco altiore eē: ut passer sedet i

tecto. hirūdo sedet in ptica. Cornix sedet in arbore. Deniq; eodē mō d̄r

aut sedere sup rem quam piam: ut hō sup equum nō d̄r stare aut mane

re sed sedere. Sidere aut a sedere multū distat: est. n. sidere deorsū descē

dere. Vergilius: Sedibus optatis gemina sup arbore sidunt. i. ab alto di-

mittunt. unde Desido. Subsidio. ut idem subsidere ualles. & iterū: Subse-

dit dubius. Nā ut ego sentio a sedeo p̄teritū mutuat: inde infido quoq; i

ledi & resido resedi. Assido assedi. Siquidem assidere ē apud aliquem: ut

agrotum ut regem sedere.

Seditio: uide factio.

Sedicula a sedes diminutiuum.

Seges: uide fruges.

Semel: uide Ad tummam.

Sementis: uide Messis.

Seminarium non locus: sed semen ipsum. i. plantulæ.

Senatorius denominatiuum est a Senator.

Senator qui senator est: aut qui fuit.

Senes: uide Antiqui.

Senecta ē senilis ætas: Iuēta at iuuenilis. & ut q̄busdā placet dea ipsa me-

lioris etatis & iuētutis. At senectus idē quod senecta: Iuuentus uero etiā

frequentia iuuenum: non solum ætas.

Senium quoq; pro senectute accipitur.

Senior potius p̄ ualde senex: q̄ tātū senex. Quintilianus de Isocrate: eoq;

iā seniore: octauū. n. & nonagesimū cōpleuit añū: p̄cipe Aristoteles po-

meridianis scholis coepit. Et Ouidius de tristibus: Sospite sic te fit natus

quoq; sospes: & olim imperium regat hoc cū seniore senex. hec lau. Tu

uero latius in lima leges.





**Senticetum** dicimus nō **Sentetum**: cum dicamus **dumetū Spinetū Vepre**  
tum & similia.

**Series**: uide ordo.

**Sero** tria significat: **Vna** & uera significatio ē p' uespere: quod ē post occa-  
sum Altera quæ hinc nascitur: quæ ē post tēpus: Q' d' enim post solis lus-  
cē est: id uere potest post tēpus dici. Tertia significatio ē p' tarde: ut ap' d'  
Senecā i Tragoediis: sero nos illa referat senectus: nemo ad id sero uenit.  
**Serotinustū** a primo significato: ut quibusdam placet: uenit. qui dicūt horā  
serotinam. tū a posterioribus. Appellamus enī ut præcoces uuas: p' co-  
cia poma: quæ ante legitimū cōsuetūq' tempus siue cito maturescūt. Ita  
serotinas uuas: serotina poma: quæ post tempus legitimū cōsuetūq' ca-  
teris pomis uel tarde maturescūt.

**Seruitiū** aut **seruitus** ipsa: aut **Seruitutis actio** ē: ut **Dauus** apud **Terentiū**  
Ego pāphile hoc tibi pro seruitio debeo conari manibus & pedibus nos-  
ctesq' & dies capitis periculum adire dū prosum tibi. **Seruitia** aut i nume-  
ro plurali p' seruis. **Sallustius**: Interea seruitia repudiabat: quoz in initio  
ad eū magnæ copię concurrerant &c.

**Seruitia** quorū apud **Sallustium** legit **Laurentius**: sed locus fortasse apud  
**Laurentiū** corruptus ē. Cū **Priscianus** lib. xvii. ita scribat **Cōstruūtur** i-  
tur diuersi numeri: ut **Virg.** pars i frustra secāt: uerubusq' tremētia figunt.  
ad sensū enī: quia p' troianorū plures i hoc loco itelligūtur: plurale red-  
didit uerbū secant. Et **Sallustius** i catil. Interea seruitia repudiabat. Cuius  
initio ad eū magnæ copię cōcurrerant. Cuius enim singulare ad rē re-  
tulit. i. cuius rei seruitiorū. &c.

**Sessiles** lactucæ quasi sedentes: quod licet a p'ncipio nō ueniat: tamē eius-  
dem naturæ est: cū i significatione cōsentiat: & a lupino nascatur.

**Sessio** nec actionē modo: sed rem et ac corpus significare solet. **Tullius** de  
oratore. Tot locis sessiones gymnasiorū. i. tot ledilia.

Si omissa in oratione supintelligi debet **Quidius** de remedio. Gnosia fe-  
cisses inopem sapiēter amasses. i. si fecisset inopē. **Horatius**: Decies cente-  
na dedisses. i. si dedisses. **Plinius** iunior: Dedisses huic aīo par corpus: fe-  
cisset quod optabat. i. si dedisses. Illud magis poeticū. ut **Virg.** Tu quoq'  
magnā partē opere in tāto sineret dolor icare hēres. i. si sineret. **Iuuenas**  
**lis**. **Græculus** esuriens in celum iusseris ibit. i. si iusseris.

**Sidera**: uide **Stella**.

**Siliquastrum** dicitur q' syluestre siliquam imitatur.

**Sylua**: uide **lucus**.

**Simul** geminatū non memini me reperisse apud **Ciceronem**: apud poste-  
riores sæpe. **Quintilianus**: Simul & pleniore obsequio demererer amā-  
tissimos mei: simul ne uulgarē uiam ingressus alienis demū uestigiis insi-  
sterem **Verg.** Obstupuit simul ipse: simul perculsus achates. Et iterum:  
**Accelerat** simul **æneas**: simul agmina troum. **Cicero** & tamē raro pro si-  
mul dixit una in **Verrē** actione secunda. **Vna** & id quod facio probabit:  
**Vna** & in hac causa p'fecto neminem præponendum mihi esse existima-  
bit **Simul** non geminatū & pariter apud **Quint.** Sæpe ut homo fortis si-  
mul & sapiens: Vel homo fortis pariter & sapiens. Raro cū & geminata  
ut **horatius**: Aut simul & itcunda & idonea dicere uitæ. **Cicero** pro **Ro-**  
**scio**: perditissimi est igitur hominis simul & amicitiam dissoluere & fallerē  
eū qui læsus non esset: nisi credidisset.

**Syncærum** donatus inquit: quasi sine cæra: mel simplex. purū. & sine fūco  
Immo cū cæra potius. **Syncærum** a sin componitur non a sine quæ nunq'  
compositionē admittit. quod ipsa etiā scriptio declarat: quæ. y. habet: nō  
i. Est enim ex duobus græcis. ex syn & cæra quæ ab illis dicitur **Ciro** licet  
autē dicere **Syncerū** quasi cum cæra mel quod integrū est & solidum: &  
nulla sui parte fraudatum.

**Singularissimus** non reperitur: sicut nec **Vnicus** habet unior & unicis-  
mus.

**Sin minus**. i. si non.

**Sin** pro si nunq' in priā parte collocat: sed i secūda: ubi fere duoz ē oppo-  
sitiō: atq' hoc siue uocali sequēte siue consonāte. **Terentius**: Si illū reliquē  
eius uitæ timeo: **Sin** opitutor huius minas. Non nunq' **Sin** unū reperitur  
sed qd' secūdi loci uicē op' tineat ut **Sallustius**: i perat ut pretio sicuti multa  
cōfecerat insidiatores masinissæ paret ac maxie occulte: **Sin** id pagē. pce-  
dat quouis modo **Numidā** interficiat. i. si potest occulte: si nō pōt utcūq'.  
**Quorū** dā tamē usus ē: ut dicant: **Sin** aut pro eo quod est si nō. quasi i sin  
aut in autē sit negatio. Ut in euangelio: Si ibi fuerit filius pacis requiescet  
super illum pax uestra: **Sin** autem ad uos reuertetur. Ego uero dicrem  
**Sin minus**. uel **Sin aliter**.

**Sinus**: uide **gremium**.

**Siquidē** ex si: & quidē compositū uidet. sed nec primam syllabā longā ha-  
bet: cum si longa sit: nec significationem alicuius harum unde compo-  
dicitur. Est enim **Siquidem** idem quod **Nam**. ut apud **Quintilianum**:



Atque natura ipsa uidetur ad tolerandos facilius labores musicam uelut mus-  
neri nobis dedisse. Siquidem & remigem catus hortatur. Non nulli non iter  
noscut quando Siquidem est una dictio: quando duplex: quod internoscere  
facile est. Quint. li. iiii. Quare illud stultissime precipit. quod defedi non potest  
silencio dissimulandum. Si quidem est id de quo iudex pronuntiaturus est. at si ex-  
tra causam sit adductum &c. Cicero pro flacco O more preclarum disciplinamque  
quam a maioribus accepimus. Si quidem teneremus Sed nescio quo pacto  
iam de manibus elabitur. In hoc tamen significato apud Ouidium reperit libro  
quarto fastorum prima syllaba breui tanquam sit dictio composita Sed si forte tibi  
non est mutabile peccus: Statque semel iuncti rumpere uicla tori. hoc quoque  
tentemus: siquidem ieiuna remansit: Si minus inferni coniugis uxor erit  
Idem libro tertio sine titulo. Quae mihi uentura est: siquidem uentura se-  
nectus: Cum desit numeris ipsa iuuenta suis. In altero significato. i. nans  
que apud Lucanum li. iiii. hoc siquidem solo civilis crimine belli Dux cau-  
sa melioris eas.

Sisto a sto distat: ut siste gradum: siste fugam siste lacrimas. id est fac stare  
gradum stare fugam. stare lacrymas. Ambo tamen statum supinum ha-  
bent. Unde fit Stator: quod magis a isto quam a sto descendit. ob idque iuppi-  
ter stator uocatus est: quia Romulum orantem ut fugam suorum sisteret au-  
diuit. Sistere etiam dicimus pro representare: & presentiam corporis ex-  
hibere. Dictum ab eo: quod non tantum comparere quis debet: nisi & man-  
serit. Cicero ad Atticum: Des operam id quod mihi affirmasti: ut te an-  
te calendas Ianuarias ubicumque erimus sistas. Et hinc Stator nuntius tabel-  
larius uel consulis. Virg. & patrio te limine sistam.

Situs sordes illa & illuies: qualis intra opaca domus: quae diu non repur-  
gatur. ut inquit. M. fabius Excitanda mens & attolenda semper est: quae  
in huiusmodi secretis aut languescit: & quendam uelut in opaco situm du-  
cit. huiusmodi igitur quidam situs sedet in uultu capite totoque corpore ue-  
tularum: & habitu praesertim inopum: qualem in illam Vergilius intelle-  
xit Sed te uicta situ uerique effocta senectus. Et de malefica anu ait Lucanus  
foeda situ macies: quod etiam pedorem possumus appellare. ut idem Lu-  
canus: longusque in carcere pedor. Et Cicero in Tuscul. pedores mulie-  
bres: Et iterum: barba pedore horrida. Seruius hoc uocabulum proprie  
diffinit inquit Situs proprie est lanugo quaedam ex humore procreata:  
fit autem in locis carentibus sole. situs uero pro loci qualitate manifestum  
est: ut de situ Messanae: & de situ Syracusarum.

Socius: uide Comes

Sodalis: uide Comes.

Solamen: uide Consolatio.

Solatium: uide Consolatio.

Solcito te: uel quod spem metum uel tibi ostendo. ut sollicitare plerumque. Vel inq[ui]eto  
& tibi curam iniicio.

Solutilis nauis: quasi solubilis: quae facile solui potest. Qualis nauis in qua Agrip-  
pina a Nerone filio per insidias posita naufragium fecit. Ego uero mali  
solutile dicere solutam: & non fideliter consutam.

Solus & unus omnium & ex omnibus uel iter omnes dicitur More suplatiuorum ue-  
rum Unus pro solus accipio: ideoque fere cum illo adiectiuo omnis tantummodo  
coniungitur. Nam Unus ex fortibus Unus ex populo alterius significatio-  
nis est:

Soluendo non sum. nunquam patitur secum substitutum: ideo dubitari potest an datiuus  
sit an ablatiuis significat autem satisfacere pro eo quo obligatus sum siue pecunia si-  
ue remuneratioe. ut Quint. Placeamus licet nobis fortuna nostra pro pauperi  
soluendo non sumus.

Sonatio a sonitum: non sonitio dicitur

Sonus composita quaedam sunt secundae sepe declinationis: quaedam tertiae. secundae scilicet  
sonus. In sonum & ex omni draconem saepe legimus: & fere hanc differentiam ser-  
uata iuenimus Seneca autem de breuitate uitae ait: Quam multi externa cra-  
pula semisones & graues.

Sororcula diminutiuum a soror.

Sua: uide Cuius item mea.

Sui: uide Mei.

Subide accipit pro inde. uel deinde. statim etiam pro idem siue frequenter cum  
quodam interuallo: ut si iter facies crebro ad comitem respicias an me sequi pos-  
set: dicam subide respicio. Cicero autem diceret idem nam subide uti non solet.

Suburbanum: uide Vicus.

Sulphuraria: ubi sulphur coquitur.

Suplatiuus: uide Comparatio.

Super ut supra licet in eodem loco sedere possint: tamen in hoc plerumque  
different: quod illud contiguum est: hoc interiecto spatio: ut sedeo  
supra lapidem. magis supra lapidem. Rursus aqua uolat uel nubes pedet supra  
nos magis supra nos. Non tamen sic sepe ut apud Quint. Nec ulla est supra ter-  
ras adeo rabiosa bestia cui non imago sua sancta sit. Et apud Liuium: ubi



*Circa in secundo de denariis ad eoz. F adigione marcorum sup revuam sit  
meduz rami bonuoz terr glonun ex perens oq lobanu undiq equali.*

circa muros supra subterq; terram per dies. xv. pugnatum.

Suppetias: uide limam.

Supplicare: uide Adorare.

Supplodere: uide Complodere.

Surdaster: uide Antonia ster.

Sutilis balteus: sutilis cymba: q; confuta est.

Sutrina taberna uel officina in qua calcei & fiunt & uenduntur.

Scala a quibusdam in singulari usurpatur. Sallustius cum aliis quibusdam ostendit pluralem tantum habere cum dixit in Iug. Deinde ubi una atque altera scala comminuta sunt: qui supstitierant: afflicti sunt. Non dixit una atque altera.

Scaturio magis pro suo primitiuo Scatet ponitur: quod est non solum aquarum sed herbarum. ceterorumque sua sponte herbentium nascentium

Sciens feci: & prudens feci. Item insciens & imprudens atque ignorans feci hoc est quod cum facere aliquid. cui me facere. Illud autem ignoravi. At scilicet feci: idem est: quod eum scientia ac doctrina feci.

Scilicet & uidelicet uidentur significare id quod certe: sed usum suum habent: & precipuum per amaritudinem quamdam cum derisu permixtam. ut apud Virg. Scilicet is superis labor est. & apud Ter. Id populus curat scilicet & apud Quint. hoc uidelicet expectasti. &c. Non nunquam sine hac acerbitate & interrogatione. Idem alibi. Sed est uidelicet ultima quaedam calamitatum rabies &c. Non nunquam post relatiuum sic solet poni quidem. Non nunquam & ante uel sine relatiuo. haec & plura laudat. Tu uero latius in lima uideto. Scitus qui sciens est: & argutus. Unde Scitae Platonis interrogationes dicitur astuta & uastata: ac magna cum arte composita. At apud Ter. quoque scitum hominem hic prorsus ex stultis insanos facit: nisi uolumus accipere passiuue: ut apud eundem. Scitus puer natus est: pamphilo est: quasi scite & docte natus.

Sculptile simulacrum quod sculptum est.

Scurra: uide parasitus.

Spectaculum: uide Pompa.

Spectat: uide Ad me spectat.

Spero pro credo usitatum est.

Spero tibi esse bonus amicus: Credo fuisse tibi fidelis proprie dicitur. per accusatiuum uero non: nisi alterum accusatiuum addas: qui antecedit in finitiuum. Nam hic sequitur hoc modo. Spero me tibi esse bonum amicum: Credo me tibi fuisse fidelem. Quaedam uerba cum nominatio

ungi recusant: Immo plerumque. Nam ut recte dico: Incipe mihi esse familiaris: & noli esse illi intimus: ita in uitate dicam: praecipe illi esse mihi familiaris: Ne libeat tibi esse intimus. hoc tamen genus loquendi non nunquam reperimus. ut apud Lucanum. li. x. Tutumque putauit iam bonus esse socer. Alius dixisset. Iam socerum esse bonum. Et apud Ouidium de ponto Hecquis in extremo positus iacet orbe tuorum. Me tamen excepto: qui precor esse tuus. Dicere potuisset sed non tam uenuste: quem precor esse tuum. Terentius in andria: Quae sese in honeste optauit parare hic diuitias: potiusquam in patria pauper uiuere. haec & plura laudat. Tu uero aliter in lima cernes. Sponte: uide ultro.

Stare est non ire: in his dicitur: quae sunt sine pedibus. aut quae erecta non sunt. ut nauis stat. flumen stat. currus stat. sol stat. Unde solstitium & iustitium quae ius stat: foris est clausum. Anguis etiam & piscis & lacertus & auis in aere stat. Quaedam e diuerso quae recta sunt dicitur stare: quod diu non cadunt. sed haec fere sunt inanimata: ut arbor stat. simulacrum stat: domus stat. columna stat. Quaedam uero dicitur stare sine nec eant & erecta sint ut homo equus uolucris stat: namque homo cum sedet: & equum quum recumbit: & auis cum cubat non stat: nec tamen cunt.

Stator: uide sisto.

Stella & Sidus differunt: si Macrobio credimus ita scribenti. Nunc uideamus quae sint duo haec nomina: quorum pariter meminit: quum dicit: Quae sidera & stellas uocatis: neque enim res una gemina appellatione monstrat: ut ensis gladius. Sed sunt stellae quidem singulares: & erraticae quibusdam: & ceterae quae non admixtae aliis solae feruntur: Sidera uero quae in aliquod signum stellarum plurius compositae formantur: ut aries: taurus. andromeda. perseus. uel corona: & quaecumque uariarum genera formae in caelum recepta creduntur. Sed & apud graecos Aster & Astron diuersa significant. Est Aster stella una: Astrum signum stellis coactum: nos sidus uocamus. Haec differentia Macrobio pace nusquam reperitur: ut apud eundem Cicero nem de uniuersitate: Itaque nesciunt hos siderum errores: & iterum: Toto igitur orbe constituto sideribus parem numerum distribuit aiorum: & singulos adiunxit ad singula. Quod non sensisse Cicero nem ut Macrobius uult: documento est quod non praeposuit stellas: debet enim species generi: pars toti praeponi. ut dicam de prudentia & uirtute huius. Dicam de facie helenae eiusque pulchritudine: non autem e diuerso. fateor tamen nunquam stellam dici arietem taurum. andromedam. perseum. sed sidus.



**Stipendiarius:** qui soluendo stipendio obnoxius est. ut **Tributarius** qui soluendo tributo.

**Stolidus:** uide fatuus.

**Stultus:** uide fatuus.

**Suprum:** uide adulterium.

**Strages:** uide Aceruus.

**Stramentitius** ex materia straminis.

**Strepitus:** uide fremitus.

**Stridor:** uide fremitus.

**Structilis basis:** structiles columnae: quae non sunt ex uno lapide: sed ex multis.

**Strues:** uide Aceruus.

**Aberna:** uide officina.

**Tabularia** locus ubi tabulae. i. instrumenta & litterae reponuntur.

**Tacitus** homo taciturnus: Vergilius tamen posuit passiuè: **Quis te magne cato tacitum: aut te cosse relinquat.**

**Tante** fortior sum quam nobilior. Et tamen omnium fortissimus quam nobilissimus dicitur recte.

**Tam & si:** uide & si.

**Tamen:** hoc loco non omittamus: ubi est. **Quauis** licet. Et si. **Quanquam** similiaque: & tamen: Unde incipienda sit construi oratio: **Vtrinque** prohiberis. Sed nimirum a uerbo cui adhaerebat tamen: ipso tamen excusso: quod iccirco in ligatura & quasi iunctura orationis insertum est: quia oratio uidentem debuerat inciperat. **Ut & si** uereor iudices & caetera. **Quod** si principali uerbo coepisset: superuacuum fuisset inserere tamen. **Tunc** igitur cum recte inchoatur: illam dictionem ut superuacuum: quasi functam officio suo debemus abicere.

**Tandem** Seruius ait poni non necessitatis: sed ornatus causa. ut in illo Vergiliano: **Sed uos** tandem: quibus aduenistis ab oris. Idem sentit Priscianus: dicens. **Tandem** non solum pro aduerbio temporali: sed et pro coniunctione expletiva inuenitur. ut Cicero in uerborum libro. i. **Quousque** tandem abutere Catilina patientia nostra! Mihi quidem nullum ornamentum uidetur esse in superuacuis: & nihil agentibus uerbis. Sed habet tandem potius ugens quiddam & accelerans. eo quod fere per interrogationem: quae exempla uulgo sunt plurima. ut illud ipsum Ciceronis. **Quousque** tandem &c. Sine interrogatione quid significet: nemo ignorat: ut Vergilius: **Inter** tandem Italiae fugietis praedimus oras. Eiusdem significationis sunt **Demum** & **denique**. ut idem Virgilius. **Tunc** demum optata geminaeque sub arbore sedunt. Cicero: **Quum** excessisset e uita: tum denique uiueret. Sed

plerumque quae sunt multa enumerata: tum subiungimus denique significantes hoc ultimum esse omnium. Vergilius. **O** crudelis alexi nihil mea carmina curas: Nil nisi miserere: mori me denique cogis. Cicero: **Quum** sibi non multitudinem militum: non idoneos imperatores: non pecuniam sibi praesto esse uiderent non denique ullam rem: quae pertineat ad bellum administrandum. **Demum** solet accipi pro solum: siue omnino: praecipueque cum is: & cum ita iunctum Cicero in Sallustium: **Ea** demum magna uoluptas est crispe sallusti aequalis ac parem uerbis uitam agere. **Quintilianus:** Ita demum mihi satisfacies si apud praetorem fuisti. **Ideo** autem dixi solum siue omnino: quod **Plinius** uidetur accipere pro omnino de hirudine dicens. **Ea** demum sola auis non nisi uolatu depascitur. **Quidius** pro **Demum** posuit denique. li. iii. sine titulo: **Siquis** metu depresso casta est: ea denique casta est. **Tantum** & **tanto** cum gradibus: uide multum.

**Tantisper:** uide donec.

**Tanti** & **quanti** compositaque ab eis: **Tantidem**. quantumlibet: & **quaticumque**. totidemque composita pluris & minoris: Praeterea nulla alia nec composita nec nomina: nec dictiones. que ut in grammatica casu adiungi his uerbis: **Emo**. uanudo. uaneo. **Merco**. **Comparo**. **Aestimo**. **Taxo**. **liceor**. **Addico**. **Distraho**. **Metior** per aestimo. **Costat**. **conduco**. **loco**. **sceneror**. **pacifcor**. **pango** **pepigi**. **Condemno**. **postulo**. & si qua sunt alia filis horum significationis. **Nec** enim audiuius dici unquam uendidit hic praetiam auri: sed per ablatiuum auro **Ver**. uendidit hic auro praetiam. **Valerius maximus** li. v. **Magno** ubique praetio uirtus aestimatur. **Plautus** in **Epidico**: **Quanti** eam emit? uili. **Ho**. quanti emptae? paruo. **Nec** dicimus emi equum uilioris carioris uel quam tu: **Carior** uilioris uel quam tu: **Sed** uilius quam tu: aut carius. **Nec** uedidi melioris aedes peioris uel quam tu: sed melius peiusue. **Dicendum** erit praeterea **Quanta** pecunia equum emisti: sic quot minis: **Iuue**. **Quanto** metiris praetio quod nisi tibi deditus esse deuotusque cliens uxor tibi uirgo mater **Liuius**: hic miles magis placuit cum praetio minor redimendi captiuos copia fieret **Itaque** grammatica illos tanti emi equum: quanti potui: sic exponere non possumus: tanti praetii & quanti praetii: **Sed** sic: tanto praetio quanto potui. **Et** per comparatiuum: ut illud **Ciceronis**. **Non** pluris uendo quam alii: fortasse et minoris. **Quum** aliquem doces non ita exponas: pluris. i. praetii: & minoris. i. pretii. **Sed** sic pluris. i. pluri praetio: Minoris. i. minori summa.

**Tectorium** illinimentum est: & quasi pauimentum parietis atque incrustatio.

**Tenebrae:** uide luce.

**Teneat**. Siquis furem rem sacram deprehendat: **Teneat** ne sacrilegi: an furti: an utroque non aut utriusque. **Qui** substulerit rem suam de sacro: furti ne teneat: an sacrilegi



git: an neutro? non autē neutrius. Accusare hīc potēs: uel furti: uel sacri legii: uel de utroq; uel de ambobus: non autē utriusq; uel amborū. Condemnare non licet de utroq; sed de altero: uel furti uel sacrilegii: nō autē sed alterius: uel furti uel sacrilegii.

Tentoriū ubi tendimus uela: aut si qd instar ueloz; habet: uel ipsa potius uela: siue uelamenta contra iniuriam celi.

Tenus semper postponit: atq; in singulari utiq; cū abltō: ut haecenus: quatenus. uerborenius. capulotenus. In plurali uero cū gō etiā non solū cū abltō: Virg. Crurū tenuis a mento palearia pendent. Curtius: pauci hostiū tenuis exacti penetrauer ad portū. Est autē significatio usq; ad. Vmbilicotentus usq; ad umbilicū: Nilotentus usq; ad nilum. Aliquādo etiam pro nō ultra: ut gessit consulari titulo tenuis. i. nō ultra q̄ titulo.

Terebra gignit diminutiū terebellū non terebellā.

Tergiuersari uide praeuaricatores.

Terrenus mōs potius q̄ terreus ac terraceus dicimus.

Testaceus ex materia testæ.

Textilis uestis q̄ detexa est.

Timeo te tanq̄ inimicū. Timeo tibi tanquā amico. illic tanq̄ offensus sis: hic tanquā defendendus.

Tinctile uirus quod tinctū est: aut intinctum est spiculo sagittæ. Virgilius Et tinctile uirus.

Titubare: uide Nutare.

Tofaceus ex materia tofi.

Tollo capio uel educo. ut sustuli filiū ex uxore. i. habui filiū. Itē sustuli filiū id est educaui. Suetonius in Domitiani uita: De inde uxore domitiā ex q̄ in secundo cōsulatu suo filiū tulerat repudiauit Eodem enim modo dicimus tulit filiū ut sustulit. Præterea ut foecia quā mater fit dicitur: peperit filium. Ita uir quā fit pater: dicit sustulit filiū.

Tollo sū moueo. Virg. Iubet & sublata reponi pocula.

Tollo in altū fero: Idē: & sublatū surgit in ensem. Quæ duo declarantur ex illo i Nerone epigramate. quis neget a nea magni de stirpe Nerone Sustulit hic matrē: sustulit ille patrē. hic sustulit matrē quia occidit. & de medio abstulit. Ille sustulit patrem supra hūeros: q̄ supra hūeros sūpsis uel ab incendio eripuit.

Tonatio non tonitio dī: & si tonitū dicimus.

Tornatile poculū: qd̄ tornatū ē: & torno factū.

Tortilis ansa: q̄ retorta & replicata est.

Tua: uide Mea.

Tui: uide Mei.

Tum: uide Cum.

Turba: uide Rixam.

Turmatim per diuersas turmas.

Tutus portus: tuta urbs: quæ tutatur alios: non q̄ ab aliis defendatur. Tamen saepe passive in hominibus: ut Tutus sum ab hostibus. q̄ munitus & sine periculo sim.

Traicio exercitum. i. transporto exercitum transmare: aut trans flumen.

Traicio mare uel flumen. i. trāseo. Aliq̄ utrūq; coniūcti. ut liuius. traiecit copias iberū. Et plācus: traiecit exercitū isaram.

Fractitrahedo: nō interrūpēdo: seriem sequēdo.

Transmigrare: uide Cōmigrare

Trapezita: uide Argentarii.

Tributarius qui soluēdo tributo obnoxius ē.

Trimus: uide Anniculus.

Tristior & lacrymis oculos suffusa nitentes tristior hic ex parte tristis accipitur inq; prisciū: quia comparatiū pro minori ui accipitur q̄ ipsū positiuū habeat. Saepē autē per se positū pro ipso positiuo. ut comites senioris acēstæ pro senis. In quoz; utroq; est causa: cur aliquid nos addamus. Nam illud tristior plane pro tristis non p̄ ex parte tristis accipitur: Ut ait Quintiliāus Utimur ulgo comparatiuis p̄ absolutis: ut si quis se i firmiore appellās. Non dixit minus q̄ i firmus. Et hoc Senior potius pro ualde senex q̄ tantū senex. De quo latius Vide i littera. S.

Triticeus ex materia tritici ut panis triticeus.

V

Acilare: uide Nutare.

Valeat qui inter nos dissidiū uolūt: Donatus. Seruius. & qdam alii sic exponūt. pereāt q̄ hoc nobis uolūt q̄ uox & oratio aliena fuerat ab igenio p̄ aphili pio & p̄ bo. Cicero: Si deus talis ē ut nulla gr̄a nulla hoīum caritate teneat: Valeat. Nunquid eo irreligionis atq; eo i prudētia cicero tenerat ut deo exitium precaretur: Ablit. lactāni quoq; testimōio q̄ de his ipsis cicerois uerbis ait: Quid enī cōtēptius potuit dici i deū? Valeat inq; dē abeat ac recedat: q̄ p̄desse nulli potest



Valitudo pro lāgore frequētissime accipitur: Vnde ualitudinaris morantē Cicero ad Terentiam: & ad Tironem: Valitudinem tuā cura diligenter hoc est langorem & infirmitatē. Alibi pro sanitate: Si nūc ualitudini tribuamus aliquid. frequenter tamē apponimus adiectiuum: ut infirma ad uersa mala Valitudine: uel contra bona incolumi optima Valitudie. Itē in Valeo: ut bene ualeo: Maleualeo &c.

Vale saluatio est recedētis. ut Salue & Aue ueniētis. Est autē Salutare & adueniētis & abeuntis. Virg. li. viii. hāc ego nuncignarā huius quodcūq; pericli ē Inq; saluatiā in quo. Ideoq; non nunq; reperimus Salue etiā in discessu: hoc ē in calce epistolaz. Cicero ad Tironē: Vale mi Tyro. Vale. Vale: & salue. Et iterum. Etiā atq; et nī tyro uale. Medico Curio li. sioni descripsi diligentissime Salue Vale. Virgilius. li. xi. Salue aternū mi hi maxime palla: Aternūq; uale. Præterea neq; est apud Latinos aliud uerbum: quo aduenti nos respōdeamus q̄ salue. Cicero ad Atticū indicatio uo huius uerbi usus est dicens: Et saluebis a meo curione.

Valitudo: uide Valeant.

Valde positiui & uerbi est: ut ualde pauper ualde diues. Valde laudat. ualde uituperat. Nec ausim dicere lōge diues. lōge laudat. Nec ualde ditior Valde ditissimus:

Vas inquit Varro appellatus est: q̄ pro altero uadimonium promittebat consuetudo erat quā reus parum esset idoneus inceptis rebus: ut pro se alterū daret. Videtur Varro significare Vadē eum esse: quem fideiussorem uocamus. & Vadimonium fideiussionem. Verum ego non ausim reprehendere Varronem sed tantū affirmare me non legisse dumtaxat uadē eum esse q̄ uadimonium pro altero dat. si Vadimonium significat fideiussionem. Sed eum qui sponsor est alterius in capitis periculo siue idē supplicii subiturus: siue pecuniā soluturus. Ut apud Quintilianum in declamatione quæ inscribitur Amici uades. Et apud Ciceronem. li. v. tusc. de pythagoreis amicis: quoz; alteri diē mortis quā tyrānus dixisset alter p amico ad uisēdā matrē iuro uas factus ē: qd̄ festus quoq; scit dicens: Vas sponsorē significat in re capitali.

Vadimonium ē sponsio ad certū diē sistendi se in iudicio. i. cōparendi per se uel p aduocatos: ut in orōne Ciceronis p Quintio datur intelligi ubi longa est altercatio de uadimonis: Altera parte dicēte fuisse sibi uadimoniam deserta: altera uero nequaquā se illa fuisse facta. Et Quint. de legato frumētario q̄ ad prestitū diē uenerat inq; nisi tñ ad uadimonium legare uenit

sesmō multoz; diez; cōmeatū habebamus. Vnde iteriectio datus seruit. Martialis Carpe cauidicus fert mea caria qui sit Nescio si sciero: uae tibi cauidice.

Vectatio: uide Veni in opinionē.

Vectigal non solū ex publico: uerz; etiā ex priuato capitur: Cicero in parad. Ex meo tenui uectigali capio ego ducenta. Et iterū non intelligunt homines quantū uectigal parsimonia est. Ex omni ramen prædio uectigal est. scenus uero ex solo ipso: Nam dicitur naturalis fructus terræ scenus. postea autem ad usuram translatus: quasi pecunia p se fructū pducat: sicut terra

Vector: uide ueni in opinione.

Venale significat rem uenditioni expositā. ut hāc domus est uenalis: id est pro scripta uel exposita uenditioni. Et hoc de curione significat lucanus quū dicit uenali curio lingua. id est pretium nō ueritatem. honestatēq; se quens ex suā linguæ faciētia. Vendibile autē significat rem quæ facile potest uendi: uenitq; a uendo. Venale uero a uaneo. Vendibile dixit Cicero pro gratū: q̄ animos hoīum sollicitet ritu reuz; quæ ad se alliciunt emptorem. Ait autē in Bruto: horum ætati prope coniūctus. L. Gellius nō tam uēdibilis orator: q̄ ut nescires: quid ei deesset. Et alibi: Nā ut sint illa uendibilia: hāc huberiora certe sunt.

Veni ad me. uenito ad me uenias ad me. uenies ad me. Scribe ad me. scribito scribas. scribes. indifferēter pene his quattuor utimur.

Veni in opinionē actiue accipitur: q̄ talē opinionem habeo: Aliquando passiuē: quū opinio significat famam. Opinio in quā quæ de me habetur ab aliis: nō quam ego habeo de aliquo Sicut existimatio est opinio atq; sentētia quū accipit actiue: ut existimatio mea. i. ita existimo. Aliqñ passiuē: ut hō magnæ existimatiōis. i. famæ & nois q̄ cū magni hoīes existimāt ita hō magnæ opiniōis. uēio ī Suspicionē sp passiuē. i. i suspicionē tuā nō tuā. uēio ī obliuionē sp et passiuē hoc ē q̄ ceteri de me oblitī sūt n̄ q̄ ipse de aliis. Si r̄ uēio ī uitupationē: Offēcio ē ppe passiuē accipit iōq; Cicero n̄ Clodii offēsiōes diē sed offēsas suas uero offēsiōes & alibi ī corpe agro odiosa ē ois offēsiō. i. molesta ois passio. Vectatio nō huic sile ē nā Vector qd̄ dberet significā qd̄ uehit ut nauis equus uehiculū: significat potius id qd̄ uehit: q̄ ē hō. Quint. Sic in nauē filii mei male permutatus uector iponor. Non tamen uectorē accipias p nauas: hīc ē q̄ iuenimus nō nunq; dictū Nautas & uectores. Sūt enim uectores q̄ pretio in aliena



maui uehuntur. Non nūq̄ pro eo qui uehit: Seneca in hippolyto: Pro sua  
nector timidus rapina. Nam cetera fere quæ a supinis ueniunt: tam acti  
ue q̄ passiuæ accipi solent: ut Accusatio. M. Tullii actiue. Accusatio uer  
ris passiuæ. Donatio mariti actiue. Donatio uero bonorum passiuæ.

Venia: uide indulgentiam.

Venio lectu: uide miserabilis uisu.

Vendico idem est: quod ut sic dicam approprio: ac meum esse dico. Et fe  
re hoc uerbum postulat datiuum: & hunc frequentissime ex pronominis  
bus primitiuis. Ut ego hunc agrum uendico mihi. Tu uendicas tibi. fra  
ter uendicat sibi. Vindico ulciscor: unde uindicta: quotiens iniuriã contu  
meliamue illatam punio. Interdū uindico idem quod ab iniuria cōtume  
liæ siue iactura faciendæ defendo. Cicero pro. M. Marcello: Nobiliss  
mamq̄ familiã iam ad paucos redactam pene ab interitu uindicasti. Idē  
de Senectute: Et est senectus natura loquacior: ne ab oībus eam uitis ui  
deat uindicare. Vitis. i. uituperatiōibus: quæ admodum criminibus pro  
criminationibus. Dicimus uindicare in libertatē: aut in seruitutem: quas  
si asserere in libertatem: aut in seruitutem. Non ut qdā uolūt uendicare.  
Venticare est frequenter uenire: Aduētare uero proximū iã esse ueniendo.

Verbum debet sequi ultimum suppositum in persona: genere: & numero  
Ut ego illum de suo regno: ille me de nostra rep. percontatus est. Duo  
supposita sunt ego & ille: quorū utriq̄ uerbum accommodatur: sed sequenti  
palam: antecedenti per subintellectionē: Ut sic: ego illum de suo regno p  
contatus sum: ille me de nostra rep. percontatus est. Conuerte ordinem p  
sonarum simul personam uerbi mutaueris. sic. Ille me de nostra rep. Ego  
illum de suo regno percontatus sum. Muta ergo genus sic: ego illum de  
suo regno: Illa me de nostra rep. percontata est. Muta numeros sic. Ego il  
los illasue de suo regno: illi illæue de nostra rep. percontati percontatæ ue  
sunt. Et item e contrario: In hãc tamen formulam nō cadit: quotiens per  
comparationem aut similitudinem loquimur: quale est: Melius ego istuc  
q̄ uos fecissem: non autem q̄ uos fecissetis. hoc ille ita prudenter ut ego  
fecisset: non aut ut ego fecissem: hic. n. subintelligitur sic. hoc ille sic prudē  
ter ut ego feci & ipse fecisset. Melius ego quidem istud q̄ uos fecistis feci  
sem. Verbum enim principale debet efferri: subintelligi autem quod non  
est principale.

Verba desūt nō nūq̄ i orōne: sed n̄ sine gr̄a: ut Hora. Quo mihi fortunã:  
si n̄ pmittis uti. i. ad qd uultis eē mihi bōa fortunã. hic modo incipit p quo:

Alius incipit per unde: ut idem: Vnde mihi lapidem: quorsum est opus:  
Vnde sagittas. supple putas: uel dicas mihi esse. Iuuenalis: Vnde tibi frō  
rem libertatemq̄ parentis. Cum facias peiora senex! Cicero ad fabium:  
Martis uero signū: quo mihi pacis auctori! Quintilianus: Quo p fidem  
diuitias cæco! Et alibi: Quo nunc tantū frumenti: quo classem cōmcatu  
grauē! Idem: Vnde hunc illi aiū! Et alibi. Vnde miseræ tunc unde som  
nus! supple erat uel est. Est tertius modus: ut apud Ciceronē: Habendas  
esse q̄ laxissimas amicitia: habenas: caput. n. eē ad bene uiuendū securita  
tem: Supple dicunt. n. caput. Sunt alii modi: ut apud Ply. iuniorē: Stu  
des: an piscaris: an uenaris: an simul oīa! supple facis. Quintilianus. Nil  
aliud q̄ reuēt. i. nil aliud faciet q̄ reuēt. Et iterū: Et acceptis litteris meis  
iuuenis filius nihil aliud q̄ cū matre fleuisset. i. nihil aliud fecisset: q̄ cū ma  
tre fleuisset. Mar. Nil aliud bulbis: q̄ satur eē potes. i. nil aliud facere. Cui  
confine est illud: ubi pbato aliquo aduerbio qualitatis subaudiit pro con  
ditiōe materiæ aut dixi: aut feci. Bene Ennius. præclare anaxagoras. for  
titer scipio. prudenter fabius. Supple dixit: aut fecit. Et p comparatiuum:  
Dii melius: supple fecerūt: aut faciant: aut certe uelint. Quintilianus: Tu  
melius uxor: quæ facturæ retinebas. supple fecisti. Lucanus ipse uerbum  
apposuit: Dii meliora uelint.

Verborum tempora pro tēporibus sæpe ponunt. Annibal apud Liuium  
alloquens milites inquit. Si tales aiōs in plio habebitis: quales hic ostēdi  
tis: uicimus. Cur de futuro non per uerbum futuri temporis locutus est!  
Nempe ad asseuerandã rem: ut non futura: sed iam esse uideat. Multoq̄  
plus pōderis habet: ut dicamus uicimus q̄ uincemus. Quintilianus: Di  
mitte tantū: & euocasti. i. euocaueris. Cicero. Vnū ostende in tabulis aut  
tuis aut patris tui emptū: & uicisti: pro uiceris. Idem profex. Roscio. Re  
stitisses: repugnasses: mortē pugna oppetisses. pro eo qd est resistere re  
pugnare. mortē pugna oppetere debuisses. Terētius in and. Prædiceres  
pro eo quod est: p̄dicere debebas. Et alibi: fortasse aliquanto iniquior  
erat p̄ eius libidinem: pateretur. pro pati debebat. Cicero. li. iii. off. Ma  
le etiam Curio cum causam transpadanorū æquam esse dicebat: semper  
addebat uincat utilitas: potius diceret non esse æquam: quia nō est utilis  
reip. id est dicere debebat.

Vernaculus uernacula uernaculum: quod est domi nostræ uel i nostra pa  
tria natum: ut lingua uernacula: quod uulgo dicunt lingua materna. Diz  
ctum a uerna: quod est seruus domi nostræ natus ex nostra ancilla.



Vero & autem idem significant: & eodem loco poni possunt: antecedente utique aliqua dictione. nunquam. n. ab his sententia incipit. Collocantur autem frequenter ut nunquam referant: sed tantum distinguant sententiam a sententia. Ut mea ipsius uerba declarant: ubi sum usus modo autem. Sed neque uero dicimus: Neque autem non dicimus. Quin. Neque uero me lacedaemonii. Dicimus item: Tu propter hoc. tu uero propter illud. non tamen: tu propter hoc tu autem propter illud. Contra. Nec dicimus. Non uero: ut dicimus. Non autem: ut sum tibi amicus: non autem assentator. Muta illud aduerbium: & habebit locum uero: sic: Sum tibi amicus: assentator uero non. Vel assentator autem non. Incipimus preterea maiora quaedam capita per uero potius quam per Autem. Vergilius Iunonem cum uenire sic loqui incipientem facit: Egregiam uero laudem & spolia ampla refertis. Tuque puerque tuus. Et ad Sulpitium scribens Cicero: ita epistolam incipit. Ego uero serui uellem ut ais in meo dolore affuisses: Ceterum non ita dicas Age autem. Sane autem. Iam autem enim autem. At autem. Ut age uero. sane uero. Enim uero. Iam uero. At uero. Haec & plura laudat. Tu uero in lima leges. Non uero, & iam autem.

Uersatilis scaena uidetur significare quod uersatur huc & illuc. non quod uersata est. Et axis uersatilis: & gladius angeli uersatilis quod uersatur. Quidam autem uersilis scaena & ductilis. Uersilis quidem quod cum tota machinis quibusdam conuertebatur: aliam picturae faciem ostenderet. Ductilis uero: quum tractis tabulis hac atque illac species picturae nudabatur interior.

Uersicoloria apud iurisperitos uocantur: quae natuum colorem mutas uerunt: ut uestes. si albae sint: aut nigrae: subnigrae. quales ex lana non tineta solent esse: Coloriae nominantur. Si in colorem alium tinetae sint uersicoloriae. Caeterum uix in hunc sensum reperimus. Nam Cicero collum columbi: pauonisque: & eius caudam uersicolorum uocat. Et nonnulli aquam maris: uel quod uersat & mutat colorem subide: uel potius quod sit discolor. ut apud Plinium. li. xv. Ingens postea turba prunorum uersicolorum nigra: candida: hordeacea appellata: a comitatu frugis eius eodem colore. Et. li. xxv. de uersicoloribus uiparum maculis. per quod apparet collum colubae pauonisque & caudam aquamque. non ideo uersicolorem dici: quod uerset colorem: sed quod diuersum colorem habeat. Apud Titum uero liuium est: Secundo punico bello interdictum fuisse matronis: ne uersicoloribus uestirentur. Quod qualiter accipiendum sit Valerius Maximus. li. nono significat: dicens: Quam foeminae tollere cupiebant: quia his nec ueste uariis

coloris uti: nec auri plus semiuncia habere: nec iuncto uehiculo propius urbem mille passus nisi sacrificii gratia uehi permittebatur. Uersus contra naturam praepositionis semper postponitur. ut Italiam uersus. Megaram uersus. Atque Nescis quo modo non reperio hanc inter praepositiones numerata: an quia postponitur & non praepositionitur: Ne Tenus quidem praepositioni solet: & tamen est praepositio: An quia praepositionis uice non fungitur: quotiens alia adest praepositio: ut Ad occidentem uersus. quo quidem modo aduerbium est.

Uescor: uide in lima nostra.

Uestras: uide Cuias.

Ueteres: uide Antiqui.

Uetatio non uetitio dicitur: & si uetitum dicatur.

Uiam facere: uide iter facere.

Uicinia non tam homines: qui eundem incolunt uicium: significat: quam quae prope domum tuam habitant. Uicinitas autem non homines sed propinquitatem proprie quidem uicinarum. abusiue uero et caeterarum rerum: non nunquam continens pro contento: ut laudanda uel potius amanda uicinitas.

Uicus pars urbis: diuisa. n. urbs in uicos: quasi in membra minora. sicut suburbana: carinae: exquiliae: uici romae ut opinor erant. Nam regiones circa uiginti fuerant. Hodieque tantum tredecim seruant nomina. Uici autem & olim & nunc ultra mille. Extra urbem uero frequentes uillae ac frequentes domus instar uici urbane: Uicus uocantur: Si modo suburbanae non sint: Tunc namque suburbana dicuntur: plurali quidem numero. Nam singulari significatur praedium in suburbanis: ut suburbanum meum: & suburbana mea si plura sunt quale est in similibus: ut fui in Cumano: in tusculano. i. in fundo meo cumano: & praedio meo tusculano. Erasmus in formiano tuo: Pompeiano Varronis. i. in uilla tua & Varronis.

Uicissim non memor sum usquam esse apud ciceronem ac Quintilianum & fere maximos quosque autores: nisi pro secundo loco: siue ediuerso: uel e contrario. Vergilius tantum semel: neque id aperte uidetur usus pro inuicem & mutuo: Quid possit uterque uicissim Experiamur. quod imitatus est suetonius & alii plures: Cicero semper quod ego quidem sciam fictum id acciperet ab alio: uicissimque redderet. & iterum sed ego admiratione quadam uirtutis eius: ille uicissim opinione fortasse non nulla quam de moribus meis habebat me dilexit.





**Victitare** significat non frequenter uiuere: sed uesci: & quasi uictu uti. si ue tali genere uictus frequentissime & fere sepe uti. ut sarmatae uictitant lacte.

**Victus** a uiuendo uenit. At uiuere sine uetitu cultuque corporis licet: ut in æthiopia: sine esu potuque non licet. ideoque semper distincta hæc duo repimus & semper addi alterum: de Vestitu loquor. Quia alterum quod est Victus hoc etiam significatum non complectitur: alioquin non diceretur uictus & uestitus. Significat enim uictus genus uitæ: quantum ad mores: ut quibuscumque quis uiuat & a quibus instituat & quibus moribus.

**Videor** tibi bene facere: Tu uideris mihi bene loqui. Sicut uobis uidemur male facere ita nobis uos uidemini. Ille uero tibi bene scribere: & isti mihi uidentur bene a rare. Eruditi enim sic loquuntur. Rusticanus autem & agrestis est sermo ille uideatur tibi quod bene faciam uideatur mihi quod bene loquaris. &c.

**Videlicet**: uide Scilicet:

**Vigilia**: uide Excubiæ.

**Vinacea** substantiuum plurale pro granis uuae iam præsse. uinaceus uinacea uinaceum adiectiuum est: ut uinacco grano legimus quendam suffocatum pro acino uuae. *sciston si uinum & ad se hinc uinum*

**Vindico**: uide uendico. *et ego non delus habes*

**Vitabundus** uide errabundus.

**Viuarium** ubi continentur uel aues. uel pisces uel ferae. quæ duntaxat ad uitium spectant.

**Vocauit** te prius. non est idem quod prior. illud significat tempus. quasi prius quam nunc uel tunc. Hoc uero personam. id est ego duorum prior. & hoc quoniam duo ad unum referuntur. Siquidem ego & hic te uocauimus. Sed ego prior: hic autem posterior:

Ita fit quantum unus ad duos refertur. uocauit te priorem melius quam prius. Illud autem posterior melius quam posterius. Eadem ratio est superlatiuorum primus & postremus: & si qua sunt alia uocauit te primus uel postremus si multi sumus. uocauit te primum uel postremum si multi estis.

**Vociferari**. uide eiulare.

**Volatilis** anima: quasi uolans. Et quidam uolatilia uolucres uocant.

**Volucris**: uide Auis.

**Volumina** uideliber.

**Vultus**: uide facies.

**Vmbratilis** quasi umbratus: ut uita umbratilis: & res per inuolucra & inanitatem qualis umbra est dicta. **Vmbratiles** appellantur.

**Vna**: uide simul.

**Vnusquisque** ideo non facile patitur superlatiuum. quia illud unus uel quædam ac naturam superlatiuum optinet. potiusque dicimus unusquisque bonus quam unusquisque optimus. hæc lau. Tu uero in lima leges etiam unusquisque optimus.

**Vnus**: uide solus.

**Vsq; adeo**: uide Adeo.

**Vsq; eo**: uide Adeo.

**Vsq; quam** duo significat: in loco simul: & ad locum. ut Ter. i eu. Occidi: neque uirgo est usquam: Cicero in philip. Neque uero usquam discedebam.

**Vsuarius** cuius est proprietas usus.

**Vsus**: uide frui.

**Vsurpare** est uti siue usitare: tum dicto: tum facto. Cicero: Quod semper usurpamus in omnibus dictis ac factis minimis ac maximis &c. Idem: proclare enim hoc est usurpatum a doctissimis: quorum ego auctoritate non uterer: si mihi apud aliquos agrestes habenda esset oratio:

**Vt & ita**. duplicatur superlatiuum: uel altera ex parte nomen: ex altera ad uerbum: uel utrinque nomen: uel utrinque ad uerbum cum ut & ita. Cicero de oratore: Ut quisque optime græce sciret: ita esse nequissimum. Idem in eodem: ut enim quisque optime dicit: ita maxime dicendi difficultate: uariolique euentus orationis: expectationemque hominum pertimescit. **Quintilianus**: Quod ut longe optimum: ita difficillimum.

**Vt pro** quippe siue utpote accipitur sequente relatiuo. **Quintilianus** nec ignoro igitur quos transeo: nec utique dano: ut quod dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid.

**Vt aliquando** accipitur quasi pro secundum. **Cicero**: erat etiam in primis ut temporibus græcis doctrinis institutus.

**Vter**: uide quis.

**Vtque** sane. certe.

**Vtor**: uide frui.

**Vtpote**: certe: quippe. Siquidem.

FINIT Epitome: Portusque Elegantiæ.

✠



Laurentii Vallensis lima quaedam per Antonium Mancinellum Veliter  
num: ad Reuerendum Aedis Geminianae Antistitem Diuicq; Marci Ca  
nonicum Nicolaum Rubeum Venetorum decus Omniumq; bonarū  
artium & uirtutis cultorem.

**b** Enigni (Sapientissime praesul Nicolae Rubee probitate cun  
ctis oibus praestans) Ingenii est: id agere: quo ceteris consu  
latur: Nam nemo nostrum sibi soli natus est. Itaq; ai aduer  
tenti Laurentii Vallensis Elegantias passim ferme in mani  
bus esse: plurimum quippe orationi latinae conferunt: Visū  
est: ut & magis & fidelius conferre possent loca quaedam cursim & bre  
uiter a me obseruata in medium dare: eo autem animo: eo consilio: eo de  
niq; ritu: quibus mea etiam scripta recognouissem. Non enim contume  
liis non praua mente quid agimus: uti pleriq; solēt: dum aliorum quicq;  
offendunt: ac si ipsi quoq; non uspiam laberentur. Quod certe fieri nul  
lo modo potest. hinc ait ille: Demosthenes & homerus. M. Tullio dor  
mitare quandoq; uidentur. Quid mirum Summi quidem fuere: at hos  
mines tamen. Quaecunq; uero mihi obseruata sunt: Ad te praestati pru  
dentia uirum: Ad te summa sapientia praeditum: Ad te eloquentiae fon  
tem: litteratorumq; omnium portum & auram dirigo. Curabis igit no  
stra haec qualiacunq; uia cum uiri doctissimi elegantis plegant (sic enim  
cultiores fient) dulces iucundi charissimiq; Alumni tui Ioanes Iacobi ut  
ri clarissimi filius: franciscusq; Rubeus Ioannis. Quorum prior cum re  
uerendus uenerabilis sapiens incorruptusq; diui Leonardi titulus (sic  
enim appellat) sacerdos tum omni uirtute uir optimus. constans seuerus  
grauis. Alter uero adolescētulus indole forma igenio memoria insignis  
clarus industrius: disciplinae honorisq; studiosissimus. A tua siquidem so  
cratica officina huiuscemodi opera prodeunt. foelices ergo quibus id cō  
tigit: ut te religionis parentē musarūq; hospite adire uisere colere possent  
Viue uale salue psidiū meū: Viue. Venetiis nono cal. feb. M. ccccxcii.

Ant. Mancinellus adlectorem.

Laurentius Vallensis sexti elegantiarum uoluminis prologo Seruū Sul  
pitium laudat: q; librum de notis Scaeuolae non modo antistitis atq; om  
nium principis in iure ciuili: uerum etiam praceptoris sui ediderat. Idq;  
q; publicae utilitatis causa susceperat ab romano populo non reprehē  
sione sed laude dignum ac gloria putatum: Nam errores maximorū ui  
rorum deprehendere inquit: tum doctissimi hominis est: tum opus utilis  
simum: & quo nullum dici possit utilius. Quiq; emendat: nisi paucissima  
sunt: quae emendat: non interiorē existimare debemus: q̄ ipsum illum  
inuentorem: nec minorem ab illo: q̄ ab hoc percipi fructum. Haec & plu  
ra huiusmodi Laurentium impulerunt: ut unum librum de notis scripto  
rum componeret: non quo illos carperet: sed quo prodesset aliquid lin  
guam latinam discere uolentibus. Nec ignorauit se aliorum pariter accu  
sationem iudiciumq; subiturum: nisi legitime & actoris & iudicis fuisset  
officio functus. Ego item publicae quoq; utilitatis gratia motus: Quaecun  
q; ultra laurentii pracepta mihi oblata sunt: palam edere uolui. In qui  
bus quidem si forte iudicium meum uel ratio uel exempla parum con  
stabit: Nec indignabor ab aliis corrigi: Immo omnes oratos uelim: ut  
quaecunq; in meis quibuscunq; scriptis perperam dicta animaduerte  
rint (Nam nil difficilius q̄ in nullo errare: nec opus ullum. satis unq; emen  
dari potest: ut plato architae scripsit) notent: ne linguae latinae studiosi me  
duce corruant. Id autem fieri non liuore nō prauo iudicio debet: uerum  
benignitate quadam: cōmunisq; commodi gratia. cur enim scribimus? &  
ratione examinata: quod saepe fit minime. Plures enim obtrectatione alie  
nae scientiae famam sibi aucupantur: Hic cernimus aduersus Theopha  
stum hominem in eloquentia tantum: ut nomen diuinum inde inuenerit  
scripsisse etiam scemiam: ut ille inquit. Praeterea si quis illud p laurētio affer  
ret: Sed ego de usu loquendi disputo: non de abusu: Respōdebo laurētū  
ipsum Vnius autoris locum pro usu acciperē: Nā ubi de memoria teneo  
scribit: ita inquit. Apud plynium tamen ad Romanum lego: Tu facile  
iudicabis: qui tam memoriter tenes: ut cū hac conferre possis. Si recte sic  
scriptum est: recte sic dici iudicabo. Et ubi de in primis loquitur: ita. Dis  
cebam paulo ante non licere dicere in primis doctissimus. Idem sentio  
de inter primos & cum primis: licet Sallustius si modo codex non  
sit mendosus aliter dixerit. Ac sane quod difficillimum est: in primis

& prælio strenuissimus erat: & bonus consilio. Ecce hic etiã unicum Salustii locũ præceptis suis repugnantẽ nõ improbat: ostẽdit. n. si modo co- dex non sit mēdosus recte dici in primis strenuissimus &c. Vbi quoq; de Nudiustertius scribit sic ait: Nudiustertius & Nudiusquartus: nec ultra p- greditur. sicut biduo. triduo. quadriduo & binoctio trinoctio quatrioetio & nõ amplius: Nisi putamus sine menda scriptũ esse in philippicis Nu- diustertius decimus. Itẽ ubi docet dicendũ in æs non in ære incisæ sũt litte- ræ ait: ita enĩ apud omnes autores quantũ inueni sēper est scriptũ. Per quod ostendit q; si aliter iuenisset: alr ẽt dixisset. Nullus ergo iure posset in me illud asserre: Laurentiũ de usu loquẽdi disputare: nõ de abusu: Cũ & ipse eadẽ addidisset: si eo tẽpore occurisset: Quæ oĩa eum quoq; legis- se quis dubitat? Sed cuiã lecta oĩa passim obseruant? Nemini sane. Exp- tus id loquor: Nã licet multo plura meis Grãmaticis Inserueri ab illustri- bus electa autorib; q; alii quot quot atẽ me scripserãt: atĩ passim addere soleo. Quod & præfens lima: huius secunda editio indicat: plura enim q; prior hẽt. hinc ultima primis & meliora sunt & foecundiora sp. Nec ego ut laurentium carpã aliquid ultra sua præcepta assero: nisi ut linguæ latĩe studiosos admoneã aliter etiã dici posse: ut Natabus & natis: filiabus & fi- liis & similia. Aliqua etiã ab eo prohibita: Aliquando reperiri: ut Nõ ue- ro: iam autem: Neq; autem. Nuntius & Nuntiu: & cetera quæ tituli mō- strant & ipsa Lima. Quæ si quos offendet: tunc quidem non lima sed li- mus erit. Lima autem illis: qui mihi debent: q; sub ærugie latẽtia illu- strauit. Siquid præterea in aliis meis lucubrationibus antehac editis huic lime repugnare uideretur: lateat neminẽ: Me istac approbare q; illa. Nã frustra plus operæ studio impenderetur: ut ait fabius: nisi liceret meliora primis inuenire. Vale lector: Et si quid inest erroris emendare te pigeat minime: Sine calũnia tamen. A me quidẽ exẽplũ habes. Si secus egeris: Quid possim experire. Datum Venetiis Decimo quinto Cal. april. M.CCCC.XCIII.

Lima: Lau. Vailensis Tituli. lxxviii.

Filia filiabus & filiis	Tit. i.	Quatenus Quatinus	xxxviii.
Nata natabus & natis	ii.	Scilicet xxxix. Videlicet	xxxix.
Asinabus iii.	Seruabus	iiii. In æs & in ære incisæ litteræ	xl.
Præstatio		v. Esse uox infinitiui	xli.
Frictio.		vi. Necubi Nequo	xlii.
Axilla. Ala. Maxilla. Mala.	vii.	Interdico	xliii.
Plantarium viii.	Donaria	ix. Pluit	xliiii.
Euentus Euentum	x.	Fama. Rumor	xlv.
Iussu. Iussum. pmissu. permissũ	xi.	Sementis	xlvi.
Iugeri. Iugere. Iugerum	xii.	Autorare. Exautorare. Autoramẽ-	
Aperile xiii.	Senior	xiii. tum	xlvii.
Comparatio ad plures	xv.	Concio	xlviii.
Sermonem quem audistis	xvi.	Pasco pascor	xliv.
Prior ad plures quoq; refertur	xvii.	Vescor	l.
Quisq; cum positiuo	xviii.	Frondes	li.
Quisq; cum comparatiuo	xix.	Lamina Bractea	lii.
Vnusquisq; cum superlatiuo	xx.	Consularis	liii.
Quam pro ualde cũ positiuis	xxi.	Campania. laboriæ campi	liiii.
Quã pro ualde cũ cõparatiuis	xxi.	Beatus	lv.
Quã pro q̄tum cũ suplatiuo.	xxii.	Fruitus fruiturus fructus sum	lvi.
Vergilii locus	xxiii.	Fœneror fœnero	lvii.
Montosus	xxiiii.	Mutuo. Mutuor	lviii.
Fore cum participio in dus	xxv.	Refero. Recingo	lix.
Erit cum participio in rus	xxv.	Adamare	lx.
Gerundia in Di.	xxvi.	Eleuo	lxi.
Oratum ire: Oraturum esse	xxvii.	Carere	lxii.
Experiũdũ xxviii.	Iste & ille. xxix.	Abhorreo	lxiii.
Versus xxx.	Procul	Suppetias	lxiiii.
Age. Agedum. Agitedum.	xxxii.	Alumnus	lxv.
Neq; aut xxxiii.	Nõ uero. xxxiiii.	Nuntius. Nuntium	lxvi.
Iam autem	xxxv.	Punctus	lxvii.
Certum scio	xxxvi.	Quot mensibus	lxviii.
Ab qbus litteris pponi solet	xxxvii.		



Laurentius Vallensis li.i.c.i.

Filius filia filiabus

Antonius Mancinellus Titulo primo.

A filia filiabus & filiis legitur. Plautus quippe in Stichus ait: Sed ego ibo intro & gratulabor uostrum aduentum filiis. Verba sunt Antiphonis senis qui item in scænæ principio dixerat. Ita me diu bene amēt: measq; mihi bene seruasint filias &c.

Lau.li.i.c.i.

Natus Nata Natabus.

Manc. Tit.ii.

A nata quoq; natabus & natis legitur. Ouidius enim li.xiii.met.de quattuor filiabus Anii regis Deli ait. Effugiunt quo quæq; potest. Euboea duabus Et totidem natis Andros fraterna pctita est.

Lau.li.i.c.i.

Non Asinus Asina Asinabus.

Manc. Tit.iii.

Phocas grāmaticus ita inquit. Pauca sunt primæ declinationis nomina: q̄ contra regulam datiuum & Ablatiuum numeri pluralis in bus syllabam mittunt discernendæ ambiguitatis. i. sexus causa. His & ab his Deabus. Filiabus. Mulabus. Equabus. Libertabus. Natabus Asinabus. quæ a uirris peritis usurpata sunt. Priscianus quoq; li.vii. docet: his & ab his natabus. filiabus. deabus. mulabus. libertabus. Asinabus. Et recte quidem: Nam si Mula mulabus. Equa equabus. Cur non Asinabus? Siqui uero grammaticis fidem adhibere noluerint: Digestorum libros euoluant: legent & enim & asinabus & huiusmodi alia.

Lau.li.i.c.i.

Non Seruus serua seruabus.

Manc. Tit.iiii.

De fūdo instructo lege prædia maritima paragrapho Affini duo Digestis ita legitur. Quasitū est an ea mancipia fidei commissio cedāt: Cum quædam ex iis rusticis officiis ad tēpus peregrinationis adducta sunt relictis cum seruabus & filiis suis: & quædam patribus & matribus relictis &c.

Lau.li.i.c.ii.

Præsto præstiti præstitum præstatio non præstitio.

Manc. Tit.v.

Præstatio non a præstitum: sed a præstatum uenit. Priscianus enim li.viii.

sic ait. Steti uero statum supinum penultima producta debet facere. Unde lucanus. li.ii. Constatura fides superum: Cum datum. & datus sicut superius ostendimus corripiat penultimam. Postea inquit: Composita ab eo uarie uetustissimi protulerunt: Asto astitum & astatum: præsto præstitum & præstatum. Aemilius porcina in oratione: uti lex aemilia abroget tempore astiturum atq; periturum me esse. Brutus in epi. Occiso Caio cæsare post q̄ mare transierat præstatum &c.

Lau.li.i.c.ii.

Frictum fricatio: non frictio.

Manc. Tit.vi.

Cornelius celsus li.iii.ca.viii. de curatione lētæ febrium sic ait. In his frictio quoq; ex oleo & sale salubris uidetur. Capite uero. xi. ita scribit: Contentiq; medici quidā una frictioe etiā ex quolibet oleo sūt. Et capite. xii. Adhibeaturq; frictio quantam is sustinere poterit. Item Paulo inferius Vltima quoq; post hec auxilia sunt: gestatio & frictio.

Lau.li.i.c.vi.

Hæc diminutia in ellus ella exeunt: Sunt quædā in illus illa. Inter ea autē priora Priscianus ponit Ala: uultq; facere diminutiuum Axilla. Cicero tamē iter posteriora: duo enim masculina totidēq; fœminina dōat hoc gñe terminationis. Palus paxillus. Talus taxillus. Mala maxilla. Ala Axilla.

Manc Tit.v

M. Tullius in libro de perfecto oratore ad. M. Brutum innuit ab Axilla Alam: a Maxilla Malam esse factas ait. n. ita. Quin etiā uerba sæpe cōtrahuntur nō usus causa: sed aurum: quō enim uester Axilla Ala factus ē nisi fuga litteræ uastioris? Quā litterā etiā e Maxillis & Axillis: & Vexillo: & Paxillo cōsuetudo elegans latini sermonis euellit. Catulus at a mala malula diminutiuū fecit: ait nāq; Mœsta neq; assiduo tabescere Malula fletu Cessaret: tristiciq; imbre madere genæ. Sunt autē codices qui lumina Cessarent habent.

Lau.li.i.c.viii.

Plantarium non locus plantag: sed ipsæ plantæ etiam si euulsa: aut nō cōsita fuerunt. Nec me fallit seruiū separare plātaria a plantis: Dicentē plātæ sunt raptæ de arboribus: plātaria uero q̄ ex seminibus nata cum radicibus & terra propria transferuntur. Ad quod sentiendum uidetur a lexisse eum Vergiliū uersus: Et uiua sua plantaria terra.

k iiii



Manc. Tit. viii.

Plantarium locū esse plantarū ostendit Pli. li. xvii. c. xiii. ubi de arborū infusione sic ait. Quaedam in plantario insita eodē die transferuntur. Vt autē ex uersu illo Vergilii li. ii. g. apparet Plātaria ēt plantā dici possūt. Ait ille: Syluarūq; aliā p̄flos propaginis arcus Expectāt: & uiua sua plantaria terra. Sic quoq; donaria & loca ipsa & dona dñr. ut iamiam ostēdemus.

Lau. li. i. c. viii.

Donaria non locus repositorius donorū: sed ipsa dona licet Seruius dicat ubi dona sunt: ut lectisternia dicuntur ubi homines in templo sedere consueuerunt.

Manc. Tit. viii.

Donaria esse loca in quibus dona reponuntur deorum: abusiue autē tempta ut Seruius inquit Verum est. Maro. n. li. iiii. g. ait. Tempore non alio dicunt regionibus illis. Quasitas ad sacra boues iunonis: & uris Impari bus ductos alta ad donaria currus. Aulus Gellius ēt li. ii. c. x. ita iqt. Vbi reponi solerēt signa uetera: quae ex eo templo collapsa essent: & alia quaedam religiose donariis consecrata. Et Apuleius li. ix. sic: Cantharūq; & ipso simulacro quod gerebā apud fani donarium redditis ac consecratis: Altera die &c. Idē quoq; li. ii. floridorum: de iunonis fano apud Sarrum inter alia sic scribit. Ibi donarium deae p̄q; opulentum: plurima auri & argēti ratio in lancibus speculis poculis: & huiuscemodi utēsilibus &c. Macrobius autem donaria pro donis ipsis posuit: ait enim. li. iiii. sat. Ornamenta uero sunt clipei corona: & huiusmodi donaria. Neq; enim donaria dedicantur eo tēpore: quo delubra sacrantur.

Lau. li. i. c. viii.

Euentus in singulari generis masculini: & declinationis quartae est: eius plurali. M. Tul. sapissime in neutro genere & declinatione secunda utitur. ut de oratore: Ex aliorum factis & dictis aut euentis. Idem de diuinatione: Si euenta quaerimus &c.

Manc. Tit. x.

Euentus in singulari generis est masculini: & declinationis quartae: eius autē pluralis numerus ē euentus ut uisus. M. Tul. li. i. de oratore: Vt. n. quis optime dicit: ita maxime dicendi difficultatem uariosq; euentus orationis expectationēq; hoīum p̄tmescit. Ver. li. vi. de Aenea: caecosq; uolunt euentus animo secum. Possem & plures afferē testes. Hoc uero euentum hanc euenta facit. Tullius. n. in partitionibus ait. Si cuiusq; facti & euenti cā ponatur. Et Lucretius li. i. Euentum dici poterit quodcūq; erit actū. Inde igitur

est euenta & non ab hic euentus.

Lau. li. i. c. viii.

Similia sunt huic iussu & permissu tuo: quorū pluralia sunt secundae potius declinationis: in singulari fere nunq̄. Neq; enim dicere solemus iussu tuo sed iussu. Vel permissu tuo: sed permissu. Horatius tamen utar permissu. id est re premissa: nō autem permissione. Nec dixisset permissu tuo: Nec iussibus permissibusq; tuis dicimus: sed iussis permissisq; tuis. Nec iussus permissusq; tuos: sed iussa & permissa tua &c.

Manc. Tit. xi.

Ab hoc iussu tantum: & ab hoc permissu legitur. hoc autem iussum & permissum: haec iussa & permissa faciunt Syllius li. vi. Ire iubet campis equitem: ruit ipse citatum Quadrupedem plāta fodiens: scutataq; rapti Cō sequitur iussu manus & muralia portat &c. Et libro nono. Nec iussu mora: collectis fumantia lucēt Terga elephantorū flammis &c. Aulus Gellius. li. viii. c. xx. haec scribit. Atteius capito publici priuatiq; iuris peritissimus quid lex esset hisce uerbis definiuit. Lex inquit est generale iussū populi aut plēbis rogante magistratu &c. postea subdit: Nam nisi populus aut plēbis rogetur nullū plēbis aut populi iussū fieri potest. Apparet igitur hoc iussum iussi iussa pluraliter efferre. Et permissum permissa: Cū permissa etiam in plurali substantiuum sit.

Lau. li. i. c. ix.

Ediuerso iugerum in singulari secundae: in plurali tertiae est declinationis: Non autem ut ait Priscianus iuger iugeris. Cum omnes dicant in singulari iugerum: & in plurali iugeribus &c.

Manc. Tit. xii.

Priscianus libro. vii. ita inquit: Dicitur tamen & hoc iugus iugeris. Iuuenalis iugeribus paucis lumbos donare cliētis. Itaq; recte dixit. Pomponius. n. Mela li. iiii. de Araxe ita scribit. Frāgit se subinde ad opposita cauiū: atq; ob id ingenti cum murmure sonansq; deuoluitur adeo citus: ut quae ex praecipiti casurus est in subiecta non declinet statim undam: sed ultra q̄ canalem habet euehat plus iugeris spatio sublimis & aquis p̄dentibus semet ipsum sine alueo ferens &c. Et Tibullus libro secundo inquit: Praedator cupit immensos obsidere campos: Vt multo innumerā iugere pascat ouem. Plinius itē li. xix. c. xix. ubi de capris meminit sic scribit. Caetero capas ter fosso solo feri iubent extirpatis radicibus herbarum in iugere deas libras &c. Variabimus igitur huius iugeris. Ab hoc iugere. haec



iugera. horum iugerū. his iugeribus: hæc iugera. o. iugera. ab iugeribus.  
Hoc uero iugerum: huius iugeri. huic iugero. hoc iugerum. o. iugerū. ab  
iugero. hæc iugera. hæc iugera O iugera. nec ulterius.

Lau. li. i. c. x.

Apertile latus quod apertum est: ut Ouidius de tristibus Aspicias a dextra  
latus hoc ad apertile tauri.

Manc. Tit. xiii.

Apertile nō quod apertum est dicitur: sed quod apitur uel apiri potest. ut  
uersatilis axis qui uersatur: plicatilis crista: quæ plicat: uel plicari potest.  
& hoc pacto Ouidii illd exponi debet. Sicuti etiam li. xiii. met. Tortilis.  
Ultimaq; excipiat q; tortilis ultima piscis. Aliter aut tortilis ansa dicitur.

Lau. li. i. c. xiii.

Comparatiuum pro mīori ui accipi q̄ ipsum posituum habeat ait Priscia  
nus. ut Vergilius: Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes. Tristior  
enim hic ex parte tristis accipitur. Sæpe per se positum pro ipso posituo  
ut comites senioris acetæ: pro senis. In quorum utroq; est causa: cur ali  
quid nos addamus. Nam illud tristior plane pro tristis: non pro ex parte  
tristis accipitur: ut ait Quintilianus. Vtūmur uulgo comparatiuis pro ab  
solutis: ut si quis se infirmiore appellans non dixit pro minus q̄ infirmus  
Et hoc senior potius pro ualde senex q̄ tantum senex. ut idem Quintilia  
nus de isocrate: Eoq; iam seniore: octauum enim & nonagesimum com  
pleuit ānum præcipere Aristoteles pomeridianis scholis cœpit. Et Oui  
dius de tristibus: Sospite sic te sit natus quoq; solpes: & olim Imperiū re  
gat hoc cum seniore senex.

Manc. Tit. xiiii.

Recte quidem meo iudicio exposuisti laurenti Tristior pro tristis: & seni  
or pro ualde senex: Nam & alio in loco idem Vergilius inquit hoc heli  
mus facit hoc æui maturus acetæ. Et libro. vi. de Charonte ait: Iā senior  
sed cruda deo uiridisq; senectus: Vbi item pro ualde senex exponendū  
est: quod datur intelligi per uerba illa. Sed cruda deo uiridisq; senectus.  
Quis enim ualde senex charon eslet: attamen crudus & uiridis erat. Ver  
rum illud ulterius addemus q; senior etiam pro magis senex accipitur.  
Seneca enim epistola. lxxv. ita scribit. Quemadmodum ex duobus sa  
pientibus qui senior decessit: non est beator eo: cuius inter pauciores an  
nos terminata est uirtus.

Lau. li. i. c. xy.

Et hæc est græcorū ratio: in qua nobis cum illis cōuenit: Quod ad unum  
sui generis utendum est comparatiuo: ad plures superlatiuo.

Manc. Tit. xv.

Priscianus li. iii. sic ait. fit autem comparatio ad unū uel ad plures tam sui  
generis q̄ alieni. Quāuis græci honoris causa suæ genis magisq; ratione  
ueritatis dicunt non posse ad multos sui generis fieri comparationē &c.  
Itaq; priscianum recte docuisse comparationē apud latinos fieri ad unū  
uel ad plures tam sui generis q̄ alieni auctoritate ostendam: Statius enim  
li. viii. inqt. Sed pectora flectas. Et melior sis quæso deis. Verba sunt am  
phiarai ad plutonē. Valerius item Max. li. iiii. c. iiii: Idem sensit fabritius  
lycinus honoribus & auctoritate omni ciue tēporibus suis Maior. Et li.  
vi. c. ii. Tertium te importuniorem superioribus habere cœpimus recto  
rem. Ipse quoq; Laurentius Vallēsis li. vii. herodoti ita scripsit: post quē  
Mardonius Domine inquit: Tu uero non modo superioribus psis: sed  
etiam uenturis es præstantior.

Lau. li. i. c. xy. De comparatiuo.

Nam inter duos: ut dixi: damus genitiuum. Quidam dant genitiuum etiā  
ubi plura duobus sunt: sed tantummodo ecclesiastici: præsertim imitati  
græcos auctores unde interpretantur: Nulla. n. littera est latina noui te  
stamenti. Dicunt ergo Maior discipulorum: Minor fratrum &c.

Manc. Tit. xvi.

Nulla enim littera est latina noui testamenti Laurētius inquit. quod secus  
esse alibi ipsemet confitetur: Ait namq; li. iii. c. xxii. Tale enim in euange  
lio: Sermonem quem audistis non est meus. quod in græco hoc est fon  
te est sermo: non sermonem. Vnde interpret noster transferens maluit  
latine q̄ grammaticè loqui &c. Parcius igitur agendum erat. Parcius in  
quam ne forte tua ducti auctoritate sacrarum litterarum lectionem ali  
qui obhorrent.

Lau. li. i. c. xy.

Quin ipse Priscianus q̄q; dissentit tamen paulo post quasi imprudens qd  
negauerat cōfessus est. Prior referri ad unum: primus ad plura. quod an  
tea Diomedes Donatus & Seruius dixerant.

Manc. Tit. xvii.

Prior non solum ad unam refertur: sed etiam ad plures. Nam Aulus Gel  
lius li. xiiii. c. vii. refert Varronem in litteris quas ad Oppianum de  
dit scripsisse ita. Quotiensq; usu uenisset: ut omnes isti magistratus eo



dem tempore romæ essent: qui eorum prior aliis esset: ei potissimum senatus consulendi ius fuisse. Salustius item in Jug. scribit Micipsam Masinissæ filium Iugurthæ Manastabalis fratris sui filio ita dixisse. Cæterum ante hos te Iugurtha: quia ætate & sapientia prior es: ne aliter quid eueniat providere decet &c. Ante hos autem intelligit Adherbalem & Hyempsalæ filios suos Micipsa. Apuleius quoque li. ii. flor. ait: Ut Hippias e numero Sophistarum est artium multitudie prior omnibus: eloquentia nulli secundus.

Lau. li. i. c. xvi.

Igitur superlatius asciscit sibi quisque: relinquit autem omnis uel cunctus positiuo. ut optimus quisque: sapientissimus quisque. pro eo quod est unusquisque qui est bonus ac sapiens. Vel omnes boni & omnes sapientes: Non enim licet dicere boni quisque & sapientes quisque: Nec omnes optimi: & cuncti sapientissimi.

Manc. Tit. xviii.

Boni quisque & sapientes quisque latine non barbare dicitur. Apuleius enim prima oratione inquit: Namque peccatum semel ut bonus quisque sollicitus cauet: ita &c. Tranquillus de Othone. ferebatur & uagari noctibus solitus atque inualidum quendam obuiorum: uel potulentum corripere ac distento saggo impositum in sublime iactare. Tacitus. li. xii. Trepidatione uulgi inualidus quisque obtritus.

Lau. li. i. c. xvi.

At uero Comparatiuis non quisque conuenit: sed omnis. Vegetius tamen non perpolitus sane scriptor inquit honestiores quisque milites: pro honestissimi quisque. Et Lactantius de opificio: Nam si ita esset placidiora queque animalia uel nihil fellis omnino: uel minus haberent quam fera. Maluisse ego dicere omnia placidiora animalia &c.

Manc. Tit. xviii.

Vegetium & Lactantium recte scripsisse Quint. ostendit. Nam li. ii. c. iii. ita inquit. Erit ergo etiam obscurior: quo quisque deterior.

Lau. li. i. c. xvii.

Unusquisque autem ideo non facile patitur superlatiuum: quia illud Unus uim quandam ac naturam ut paulo ante ostendi superlatiuo optinet. potiusque dicimus Unusquisque bonus quam unusquisque optimus.

Manc. Tit. xx.

Unusquisque optimus dici quoque recte ostendit Valerius Max. li. iiii. c. iii. De fabricio enim sic ait: Censu par unicuique pauperimo

Lau. li. i. c. xix.

Perpositiuo proprium est: quam superlatiuo. ut perpulchre perbelle. quam pulcherrime: quam optime. hoc intelligit: quoties accipit quam pro ualde siue uahementer. Manc. Tit. xxi.

Quam pro ualde positiuo etiam rite iungitur. Cæsar li. iiii. com. de bel. gal. Ut quam celerem atque instabilem motum haberet. id est ualde celerem. Geli. li. xiiii. c. ix. Immo inquam potius nos & quam audaces & quam licentes sumus: qui fronte improbe indoctique non uirili genere dicimus &c. Apul. libro octauo Sed heu tu inquit charite quam probe ueste contactus omnique comite uisduatus prima uigilia fores meas tacitus accedas. Syllius li. iiii. Magnis quam læta fronte sacerdos Exceptos hospes tectis inducit Aristobas. Tullius in Lælio. Quam multa enim: quæ nostra causa nunquam faceremus: facimus causa amicorum &c. Plinius li. xxxiii. c. xlii. Quare quæso. nisi ut quam multi eas conserui inferrent? Scribit ea Plinius de lancium numero & pondere. Præterea quam pro ualde comparatiuo quoque recte adiungitur: Non solum superlatiuo & positiuo ut patuit. Tullius li. v. tusc. Abacosque quam plures ornauit argento auroque calato. Seneca in epistola. lxxviii. Conuocauit quam plures amicos. Tullius li. ii. ad herennium: postea admonuimus causas esse quam plures in quibus &c.

Lau. li. i. c. xix.

Quam pro quantum: nunquam cum superlatiuo: semper cum positiuo.

Manc. Tit. xxii.

Quam pro quantum superlatiuo quoque adiungi solet. Varro enim. li. ii. de canibus ait: Quam paucissimos relinques tam optimi in alendo fient Cato item in re rust. capite. lxy. Quam acerbissima olea erit: & oleum facies tam oleum optimum erit.

Lau. li. i. c. xxi.

Vix audeas dicere tua laus est maior patre tuo. tamen solemus aliquando sic uti. Ut Virg. li. viii. Non secus ignipotens: nec tempore segnior illo. At paulo inferius sic: Et Vulcanus non segnior illo tempore: pro eo quod est segniori tempore quam illud fuit.

Manc. Tit. xxiii.

Immo talis ordo erit & sensus. Ignipotens. i. uulcanus: non secus non aliter nec segnior quam foemina illo tempore. i. medio curriculo noctis: de quo superius poeta dixerat. Refertur enim illo tempore ad medium curriculum noctis.

Lau. li. i. c. xxiii.



Licet quædam ab usu regulaq; recedant: ut montuosus potiusq; montosus. Saltuosus q; saltosus. tortuosus q; tortosus. Verûtamē quæ sūt q̄rtæ decli. assumunt u. ut uultuosus. actuosus. fructuosus.

Manc. Tit. xxliii.

Sicuti non est dicendū Monstruosus: sed monstruosus. Idq; per lucanum probat laurentius dicentē Monstruosiq; hominum partus ita montosus dicendum potius q; montuosus: Maro enim. li. vii. ait: Et te montosæ mi fere in prælia Nurisæ.

Lau. li. i. c. xxviii.

Fore quidem habet uocem infinitiui ut esse: significatiōem uero participii quod est futurum esse: non tantum esse: licet fore fores foret idem sit qd essem esses esset. Quare cū nomine iungi debet fore nō cum participio ne duo participia simul confundamus: Spero te amatorē uel amicum fore: non aut amatū fore: sed tantum amaturum. Ne uidearis hoc dicere te futurum amatū: quod rō non patitur: cum futurū supuacū sit. Item de participio passiuo futuri: Timeo te uerberandū fore: satis erat uerberandum: uel adiuncto infinito uerberandū esse &c. postea subiicit Sicut & participium passiuū futuri in nomen reuertitur: tuncq; ē recipit fore. ut spero hunc puerū admirandum uirum fore.

Manc. Tit. xxv.

Participium passiuum futuri etiā si in nomen non reuertitur legimus recte fore: Tullius enim lib. iiii. epistolæ familiarium in epistola quadā ad Appium pulchrum ita scribit. Quasi diuinarem tali i officio fore mi hi aliquando expetendum studium tuum: sic quum de tuis rebus gestis agebatur inseruiebam honori tuo Et li. viiii. Digestorum sic legitur: Suficeret id præstari quod præstandum foret. Sed tamen asseris idem esse forem fores foret: quod essem esses esset. Ouidius quoq; participio futuri in rus erit futuri uocem iunxit. Ait. n. libro. viiii. met. Siquis tamen hercule siquis Forte deo doliturus erit &c. De participio in dus nil assero cū id passim legatur: quæ. n. rara inuentu sunt tantum obseruo.

Lau. li. i. c. xxix.

Quidam non indoctus hac ætate scribere ausus est: iam iam urbs in periculo capiendi est: pro eo quod est iam urbs in periculo est ne capiatur: Siue hostis parum abest a capienda urbe: Cum semper sine substantiuo

gerundium accipiatur actiue: Aut si a neutro uenit neutraliter: nisi aliq̄do ut ostendimus in ablatiuo.

Manc. Tit. xxvi.

Amandi & huiusmodi gerundia in di passiuo quoq; proferri Inuenimus: Iustinus. n. siue Trogus est li. xvii. ita scribit. Athenas quoq; erudiendā gratia missus: de regio quodam puero dixit. Et in prologo primi uoluminis ait. Quod ad te imperator Antonine non tam cognoscendi q; emendandi causa transmisi.

Lau. li. i. c. xxx.

Dico aliud esse Oraturum eē: & Oratum ire. Ego quidem cœnaturus sū non tamen eo cœnatum siue ad cœnandum. Et scio te cœnaturū esse: sed non protinus ire cœnatum: uel ad cœnandum Nam participium futuri cum uerbo substantiuo non habet actionem illam & motum: quem habet uerbū eo. Atqui i passiuo fuerat uerisimilius si dixisset: quo etiam frequentius utuntur auctores: idem esse damnandum esse & damnatum iri Nam eodem loco dicere possumus Credo peccatum meum resciedum esse: & rescitum iri &c. Postea subdit: Dēiq; ut eo reuertar unde egressus sum & semel Prisciano respondeam: non idem esse oratum ire & oraturum esse. Alterum presentis temporis est: ut uideo te accusatū ire me idē nunc. Alterum futuri: ut uideo te accusaturum esse me. Et tamen accusatum iri me abs te uideo accipitur pro eo quod est uideo te: uel accusatū ire me: uel accusaturum esse me: Vel abs te accusandum esse me.

Manc. Tit. xxvii.

Idem esse oratum ire: & oraturum esse satis patere potest uel solo infinitiuo huius uerbi eo is it. Idem nanq; est itum ire & iturum esse. Adde etiā q; uti & tuteipse asseris in passiuo idem est damnandum esse & damnatū iri. Quod quidem esse non posset: nisi damnatum ire in actiuo infinitiuo esset futuri temporis. Quo enim pacto id quod in actiuo presentis est temporis: In passiuo futuri esse posset? Itaq; Priscianus optime docuit.

Lau. li. i. c. xxxvii.

Mutatur autem e in u. Repetendarum enim erat dicendum: sed tertia conjugatio præter cæteras hoc iuris habet: ut litteram hanc immutare possit & cætera.

Manc. Tit. xxviii.





Id item in quarta coniugatione licere Aulus Gellius li. xv. c. vi. ostendit. Nam ita scribit. Redeuntes græcia Brundisium nauem aduertimus: ibi quispiã linguæ latinæ litterator roma a Brūdusini accersitus Experiendum sese uulgo dabat &c. Tullius li. ii. de diuin. Nam q̄ aiunt quadringenta septuaginta milia annorū in picitandis experiundisq̄ pueris: quicūq̄ essent nati babilonios posuisse fallunt &c. Idem pro. A. Cecinna: Nulli experiundi ius constitutū. Curtius. li. vi. Rex non cupidine magis potius di loci q̄ uice eorū: quos ad tam manifestum periculum miserat.

Lau. li. ii. c. iiii.

Iste & ille si audire Priscianum uolumus hoc differūt. q̄ iste spatio propinquiore: Ille aut̄ longiore intelligitur. Cuius autoritas plurimos in errore induxit. qui pro istud dicunt illud. Veluti si ad hoīem longe positum scribas: Siquid noui in illa urbe ē mihi notū facias. p̄ eo quod ē i ista urbe &c.

Manc. Tit. xxxix.

Prisciani sententia optima quidem est: q̄ iste. s. spatio propinquiore intelligitur: Ille aut̄ longiore. Nam si ego uenetiis moram trahēs in urbem ad amicum scribam: dicamq̄. Siquid i ista urbe noui est: mihi significato: de spatio propinquiore illi ad quem loquor intelligitur. Si uero dicam: Alexander Biordi filius pusia studet: quo circa ad eum scribas significet q̄ quid in illa urbe dignius. Tunc de spatio remotiore a te: intelligitur.

Lau. li. ii. c. viii.

Uersus contra naturam præpositionis semper postponitur. ut italiam uersus. Megaram uersus &c.

Manc. Tit. xxx.

Uersus euphoniæ gratia quādoq̄ præponitur potius: hinc libro primo de lingua latina Varro dixit: Cluius proximus ad florales usus uersus capitolium uetus. quod quidem euphoniæ gratia fecisse apparet.

Lau. li. ii. c. xi.

Procul apud quosdam casui seruit: Apud Curtium procul urbem.

Manc. Tit. xxxi.

Dicimus quoq̄ procul oceano: & procul ab oceano. Plinius enim li. v. c. x. de nilo ita inquit. Originem ut iuba rex potuit exquirere in monte inferioris mauritanie non procul oceano habet. Et phædra ouidiana ait. Sint procul a nobis iuuenes ut foemina compta. Catullus item procul a mea tuus furor omnis hera domo.

Lau. li. i. c. xvi.

Age singularē numerū desiderat: Agite pluralem. Agedū uero non singularē tantū: sed etiā pluralē &c. Manc. Tit. xxxii.

Age singulari & plurali iunctū legimus. Staius li. x. Itē age & obsessis uigilem circūdatē flāmam. Valerius flaccus li. iii. Vos age funereas ad littora uoluite syluas Et socios lustrate rogos. Plautus in Stichō. Age sultis Itē Age licemini. Præterea Sicuti Agedum utriq̄ numero iungitur: ita Agitedum plurali solum. Liuius li. vii. Nostrū inquit peditū illud milites est opus: Agitedum ut me uideritis quacūq̄ incesso in aciē hostiū ferro uiam facientē: sic pro se quisq̄ obuios sternite. Et paulo inferius: Agitedum ite mecū &c.

Lau. li. ii. c. xxv.

Habēt tamen aliquando nescio quid differentie i utēdo: Cut nanq̄ nō dicimus Neq̄ autem sicut neq̄ uero &c.

Manc. Tit. xxxiii.

Neq̄ autē qui dixerit: recte quidem. Apuleius enī li. i. floridorū sic ait Pro consulis autē tabella sentētia est: qua semel lecta: neq̄ augeri littera una Neq̄ autē minui potest &c. Quod quidē laurentius itē notasset si tunc forte occurrisset ei. Apuleii enim autoritas apud Lau. ualuit Vnde ubi de puluisculo scribit ait. Masculino tamen protulit apuleius dixit. n. nobilem puluisculum: assert & alibi apuleii autoritatē.

Lau. li. ii. c. xxv.

Contra non dicimus Non uero: sicut non autē. Ut sū tibi amicus Non autē assentator &c. Et capite dicti secundi libri inquit idē Laurentius. Neq̄ uero idem esse quod non uero: si modo non uero dicere liceret

Manc. Tit. xxxiiii.

Non uero dicere licet: Tullius nanq̄ i Catone maiore seu de senectute sic ait. At ii quidē iā mortui sunt: Non uero tā isti quā tu ipse nugator &c.

Lau. li. ii. c. xxv.

Præterea non dicas age aut̄. sane autē. Iā autem. enim autem.

Manc. Ait. xxxv.

Iam autē recte dici poterit. Curtius enī li. viii. sic ait. Iā autē scietis & quātum sine rege ualeat exercitus: & quid opis in me uno sit.

Lau. li. ii. c. xxviii.

Certe cōiuncta cū scio sibi uerbis solet mutari e i o. ut certo scio. sic dicimus manifesto p̄ manifeste. apto p̄ apte. ligdo p̄ ligde. tuto p̄ tute & filia.

Manc. Tit. xxxvi.

Hic addam dici quoq̄ Certū scio. Valerius Max. li. ii. c. ii. Nā oculos tuos



certum scio clarissima in luce tenebris offusos ingens opus animi intueri ne  
quiuisse. Inuenitur & saepe Certe scio.

Lau. li. ii. c. xxx.

Ab cum duabus liquidis: & cum in quando fit consonans adiungi solet. ut ab lege: &  
ab legatis. ab litteris ab Rege. ab rogo. ab re. ab ioue.

Manc. Tit. xxxvii.

De Ab longe melius Priscianus edocuit: Ait. n. lib. primo de. xii. car. A q  
de uel abs uocali sequente non ponimus: Ab uero non solum uocalibus sequenti  
bus: sed etiam consonantibus quibusdam non male sonantibus antecedente ab: ut  
abduco. abdo. haec ille. licet igitur et dicere ab duce: ab domo. Saepius de  
quod reperit Ab consonante sequente proposita. Pli. li. ii. c. viii. Et in tenebrae re  
medium ab natura repertum &c. Itē li. xix. c. ii. Mox caesar dictator totum forum  
romanum itexit: Viaque sacra ab domo sua ac cliuū usque in capitolium &c. Plu  
ra inuenies & in commentariis Caesaris. & in Tito Liuiio atque aliis.

Lau. li. ii. c. xliiii. De quandoquidem & quando

Eiusdem significati est Quatenus apud Seculum dicitur Quintiliani. Is ita ait  
Sed quatenus luctus nostri in ius uocantur: & flenti disputandum est: & orbitati  
suae mater irascitur: superemus quam exorari non possumus. Et eius discipu  
lus Plinius Minor: Et quatenus negat nobis diu uiuere: relinquitur aliquid  
quo nos uixisse testem. ur. Nam Cicero dixit Quatenus solummodo pro in qua  
tū: sicut Eatenus pro in tantum. Ut in Laelio: Videndum est Quatenus amicitiae  
tribuendum est. Seculum autem Quintiliani ab Liuiio Vergilio Horatio exordi  
or. quorum ultimus in sermōibus sic ait. Surrectia uasfer quod miscet face phalerna  
Via colubio limbum bene colligit ouo: Quatenus ima petit uolues aliea uitellus

Manc. Tit. xxxviii.

Aliud est Quatenus per e: Aliud est Quatinus per i: Vnde caper gram  
maticus ita scribit. Quatenus per e aduerbium est: Quatinus per i coniu  
ctio causalis. ut si dicas Quatinus hoc sine plagis non facis: En tibi plagas  
Quatenus autem aduerbium temporis aut loci: Temporis quum dices  
Quatenus hos mores exercebis: loci quum dicimus Quatenus ibimus  
&c. Festus quoque sic. Quatenus significat qua fine: sicut hactenus hac fi  
ne. Quatinus uero quoniam &c. Itaque legendum est illud Quintiliani  
Sed Quatinus luctus nostri in ius uocatur. Sic quoque Plinii illud: Et Qua  
tinus negatur nobis. Illud item Horatii Quatinus ima petit uolues alie  
na uitellus. quatinus inque pro i. Vnde Iuuenalis sat. xii. inquit quatinus hic non sunt  
nec uenales elephantis &c.

Lau. li. ii. c. ult.

### De scilicet & uidelicet.

Apud quos uix reperias uulgo usitatissimum modum: quum ea quae con  
fusa dicta sunt: per singula postea exponimus quale esset: Quattuor sunt  
uirtutes scilicet uel uidelicet. prudentia. iustitia. fortitudo modestia

Manc. Tit. xxxviii.

Tu ipse Laurenti Tertii uoluminis prologo eo quod modo: quae apud doctissi  
mos usitatae esse asseris: usus fuisti: scribis. n. illa. Quae. n. disciplina scilicet  
quae publice legitur: tam ornata atque ut sic dicam tam aurea ut ius civile: Et capite.  
xxxvii. eiusdem tertii uoluminis ita: Illud tamen sciendum est: apud Ouidium in. xiii. sic  
legendum. Tuque tuis armis nos te poteremur achille. Non poteremur an  
penultima breui non longa: a tertia scilicet non a quarta coniugatione. Id autem  
omne recte quidem. Nam li. xxxvii. digestorum ita scribit: Seruus non manumif  
sus libertatem consequitur: scilicet is qui ea lege distractus est: ut manumitatur  
intra tempus. Et Seneca epistola. lxxxii. sic scribit. Non magis quam beneficium  
dare quam scire nisi sapiens. hic scilicet quod magis gaudet dato quam alius accepto  
Li. etiam. xxxi. Digestorum in principio sic legitur: Velut certam quantitatem expri  
mit pro uiribus uidelicet patrimonii.

Lau. li. iii. c. xvii.

In aes incisae sunt litterae: non in aere. ita enim apud omnes autores quantum  
inueni semper scriptum est. Liuius. li. iii. priusquam urbem ingrederentur leges  
decemuirales: quibus duodecim tabulae nomina: in aes incisae in publico propositae

Manc. Tit. xl.

In aes incisae sunt litterae & in aere quoque legitur: Plinius. n. iunior ubi de laudibus  
Traiani sic ait Sed quod singula consector & colligo: quasi uero aut oratione con  
plecti aut memoria consequi possim: Quae uos. P. C. neque interciperet obliuio &  
in publica acta mittenda: & incidenda in aere censuistis.

Lau. li. iii. c. xxv.

Quaedam uerba cum nominatio iungi recusant: imo pleraque. Nam ut recte di  
co incipe mihi esse familiaris: noli esse illi intimus: Ita inusitate dicam incipe  
illi esse mihi familiaris. Ne libeat tibi esse. intimus hoc tamen genus loquendi  
non nunquam reperimus. Ut apud Lucanum in. viii. Tutumque putauit iam  
bonus esse socer. Et apud Ouidium de ponto. Ecquis in extremo positus  
lacet orbe tuorum: Me tamen excepto qui precor esse tuus: Dicere potuisset  
sed non tamen uenuste: quem precor esse tuum &c.



Manc. Tit. xli.

Præcipe illi esse mihi familiaris: Ne libeat tibi esse intimus: Nullo pacto latine dicitur: Non. n. hoc genus loquendi apud aliquem probatum auctore reperitur. Nam si recte aduertimus Lucani illud Tutumque putauit iam bonus esse socer: Non simile est illis præcipe illi esse mihi familiaris: Ne libeat tibi esse intimus: hic. n. datiuus præcedit: Apud Lucanum uero precedit & sequitur Ntus. Dicendum igitur præcipe illi esse mihi familiari uel familiarē. Ne libeat tibi esse intimo: Vel ne libeat tibi esse intimum. Ouidius lib. viii. met. Vobis immunibus huius esse mali dabitur. Quintilianus lib. iii. An illi accidat uiro bono esse uel malo. hypermestra ad linum: Quo mihi commisso non licet esse piam: Quintilianus lib. vii. An huic esse procuratorem liceat. Et lib. iiii. procuratorem tibi esse non licuit. Ter. in heau. Non expedit bonas esse uobis: Caesar lib. vi. de bel. gal. Quibus iam licet esse fortunatissimos. Lucanus lib. iii. Nunquam tibi magne per umbras Perque meos manes generum non esse licebit. illud autem Ouidii. Me tamen excepto que precor esse tuus: Et grammatice & latine dictum cum & præcedat & subsequatur nominatiuus. Neque inficias eo. Et grammatice & latine et dici. Que precor esse tuum: Nam talis ordo esset que tuum esse precor. ut Nasonis illud lib. v. meta. Quantum est: Esse iouis fratrem. Ter. in. eun. Apparet Seruum hunc esse domini pauperis. Quod est dicere licuisset ita: Apparet Seruum hic esse domini pauperis. Vatinius enim lib. v. epi. ad Ciceronem inquit. Dicitur mihi tuus seruus fugitiuus uardacis esse. Cæterum Lucani illud dicendi genus Tutumque putauit iam bonus esse socer apud alios quoque legere est. Ouidius li. xiii. met. Sed enim quia rettulit Ajax esse iouis nepos. Et li. i. de ponto ad maximum. Hoc ubi uindictum est satis est si consequor aruo iter inhumanos esse poeta getas. Vbi quidem aduertendum est esse tunc habere uerbi casum non infiniti. est enim sum uerbum similitum copulatiuum.

Lau. li. iiii. c. xxx.

Neumque pro Nequaque. Et ipsum Nequaque: Et Nusque & Nuspam simplicem Negationem indicant. Ideoque uno uerbo contenta sunt. Ut nequaque ueniam. Necubi uero duplicem: Ideoque duplex uerbum postulat. Volo necubi mihi obuius fias. i. ne alicubi: ut Sicubi pro si alicubi. Sicunde pro si alicunde & cætera.

Manc. Tit. xlii.

Necubi & Nequo etiam uno uerbo contenta sunt. Liuius enim in principio li. iiii. de bel. punico secundo ait. hispanos & aphros & omne quod ue-

terani erat robur exercitus admixtis ipsorum impedimentis necubi consistere coactis: Ne necessaria ad usus deessent: primos ire iussit & c. Cato in re rust. capite. y. uillicus ne sit ambulator: sobrius fiet semper. Ad coenam nequo eat. familiam exerceat. Idem capite. cxlii. Neue ad domum neue ad sese recipiat. Ad coenam nequo eat: Neue ambulator fiet.

Lau. li. iiii. c. xlii.

Interdico tibi aqua & igni: Non autem interdico tibi aquam & ignem.

Manci. Tit. xliii.

Interdico tibi aquam & ignem dici etiam posse plures ostendunt. Iustinus li. v. Et cui paulo ante omnem humanam opem interdixerat. Seneca epistola. lxvii. interdices mihi inspectionem rerum naturæ. Ouidius li. vi. met. Cui quondam regia coniunx Orbem interdixit. Valerius Max. li. ii. c. ii. Interdixit et ei conuictum horum usumque balnearum: turmasque equum quibus profuerat ademptis equis in funditorum alas transcripsit.

Lau. li. iiii. c. xliii.

Pluit caret supposito habens appositum ablatiuum ut Liuius: Nuntiatum est in albano lapidibus pluuisse licet nunc dicamus Deus pluit carnem pluit manna. pluit escam & c.

Manci. Tit. xliiii.

Pluit sanguis uel lapis: Pluit sanguine & lapidibus. Pluunt lapides in nō scilicet. Et deus pluit aquam recte dicitur. Tibullus li. ii. Multus ut in terras deplueritque lapis. Statius li. viii. th. Saxa pluunt. Plinius lib. ii. Præter hæc inferiore celo relatum in monumenta est lacte & sanguine pluuisse. Ibidem: Effigies quæ pluerat spongiarum fere similis fuit. Plautus in mostel. Venit imber: lauat parietes: perpluunt tigna: putrefacitque operam fabri. Ibidem: Quam mihi amor & cupido in pectus perpluit meum. His igitur patet pluit habere suppositum nominatiuum: uel ablatiuum. & Deus pluit carnem & huiusmodi dicendi genus non solum nunc dici sed plautum quoque dixisse.

Lau. li. iiii. c. vii.

Rumor & phama idem sunt: quorum alterum latinum. Alter e graeco est & c. postea subiungit. Significatur autem his duobus nominibus sermo quidam in populo sine certo autore de re aliqua recenti siue bona siue mala & c.

Manci. Tit. xlv.

Quintiliano quidem autore li. v. phama consensus ciuitatis uelut publicum testimonium uocatur. Rumor uero sermo sine ullo certo auctore disper-



sus: Cui malignitas initium dedit: incrementum credulitas.

Lau. li. iiii. c. xxv.

Sementis est satio siue ut sic dicam seminatio. Liuius car. pani sementē facere possent. Mirorq; quare cum in aliis locis apud hyeronimum plurimum in genesios principio Sementis pro semine positum est.

Manc. Tit. xlv.

Sementis pro satione: & pro semine li. i. fast. apud Ouidiū legit. Ait enī: Villice da requiē terræ semente peracta: Da requiē terrā qui coluere uiris. Et paulo inferius: Vos date perpetuos teneris semētib; auctus: Ne noua per gelidas herba sit uista niues. Columella uero. li. ii. c. x. Sementē pro ipso ferendi tpe posuit. Ait. n. sic. de lente. Sationes eius duas seruamus: alterā maturam per mediā sementē: ferio rem alterā mense februario. Vergilius item li. i. g. pro semine ait. Incipe & ad medias sementē extendere pruinas.

Lau. li. iiii. c. xxxii.

Etiā duces militum auctores uocabant: Vnde Auctorare. Liuius li. xlv. Signo suo impressas tabellas misit: & uero pignore uelut Auctoratū sibi p ditorcm ratus est. i. obligatū & subiectum. Et Valerius Maximus li. iiii. Autorato sociis officio. Suetonius li. iii. de legendo uel autorando milite ac legionū & auxiliorum descriptione: Ex quo fit Autoramentū uel quasi obligatio nexusq; uel quasi stipendium quoddam: uel pratiū cuiusdā militiæ ac pugnæ actionis. ut Quintilianus. Nec difficile sane sub illo psertim autoramento habuisset missionē: sed noluit gladiator uiuere.

Manc. Tit. xlvii.

Referam hic quod Domitius in epistola Saphus poetice scribit. Afferit n. q; autorare est eligere in militiā. Milesq; auctoratus ab imperatore ei operā pstabat receptus. s. in iura militaria & imperatoris fidē. Inde exautorare diminuere est. & Autoramentū significat illam ascriptionē simpliciter non autē stipendiū. Autorat ergo imperator militē quū eum ascribit Nā quicquid deiceps agit miles autoratus ad imperatorem refert: cui uictoriam parat. hæc & plura ille. Seneca pterea epistola prima li. xviii. sic ait. Multū autem a fortuna petendū est: Deinde sperandæ opes autoramenta sunt seruitutū. ubi quidem metaphoricus locutus est.

Lau. li. iiii. c. xlvii.

Concio est populi multitudo cōgregata uel ex magistratus iussu: uel publici sacerdotis: uel sua interdū autoritate & sponte: proprie ad audiendum

oratorē concionātem i bonū publicū: Cuius etiā oratio uocat cōcio &c. Manc. Tit. xlviii.

Aulus Gellius li. xvii. c. vii. scribit Cōcionem tria significare: locum suggestumq; unde uerba fiunt. Itē significare coetū populi assistētis. Itē orationē ipsam quæ ad populū diceretur. De loco autē testis est liuius li. ii. ubi sic ait de Valerio publicola. Vocato ad conciliū populo sūmissis fascibus i concionē ascendit.

Lau. li. iiii. c. liii.

Quomodo enim pasco neutrū: Et pascor deponens idem significant Pri sciāus uiderit: q; hoc sibi persuasit. Est. n. pascor comedo & uoro sempq; regit accusatiuū. illd uero sine actō. ut pascentes seruabit Tityrus hædos.

Manc. Tit. xlix.

Exordiorum duo sunt genera: Idem Cicero. li. i. rh. sic ait: Quare quoniam tam diuersa sunt genera caetera exordiorum quoque dispari ratione in unoquoque genere necesse est. Igitur exordium in duas partes diuiditur. In principium & in inuentionem. Principium est oratio perspicue & primum perficiens auditorem beniuolum aut docilem: aut attentum. Inuentionis est oratio quaedam dissimulationis & circumuentionis obscure subiectis auditoris animi. Prohemium prohemium dictum est siue quod omni cantus est: & citharocedi pauca illa: quae ante quam legitimam certamen incohent emerendi fauoris gratia canunt prohemium cognouerunt. Oratores quoque ea quae priusquam causam exordiantur ad conciliandos sibi iudicium animos proloquuntur: eadem appellatione signantur. siue quod omnes gratiae uia appellatur id quod ante ingressum rei ponitur sic uocare est institutum ut fabius scribit. Epodos epodi dicitur uersus quolibet metro scripti: & sequuntur clausulae hinc pericula: quales sunt Epodi horatii. In quibus singulis uersibus singulae clausulae adiciuntur. Dicti autem Epodi synedochicos a partibus uersuum: quae legitimis & integris uersibus Epadontae. i. accinuntur. Auctor est diomedes. Statim significat exordium breuitate gaudere: & ambagibus esse uacuum: ne in caput orationis creuisse uideatur quod et fabius monet.

#### De Exordio secundum causam genus & qualitatem. Tit. vii.

Si genus causae dubium habebimus: a beniuolentia principium constituemus: Id quod de hoc pacto agere poteris. Nisi persuasum habere iudices uos ea uirtute ac prudentia uigere: ut unaquamque rem magis ex sua causa quam ex euentu iudicaretis: non audeat in hac ipsa re de qua nunc sum coram uobis acturus orare. cum igitur uester mihi prospectus sit animus & in iudicando modestia faciam non tam libenter quam necesse est ut intelligatis patrem meum alias optimum non satis iusta ratione aduersum innocentiam & integritatem modestissimae foeminae genitricis meae commotum esse. Aliud iter. Exemplum erit. Accusat Thymoleon ciuis Corinthius quod fratrem occiderat: quod principatum urbis appetebat. poterit orator hoc pacto exordiri. Credo iudices uos non latere quanta fuerit Thymoleonis beniuolentia in patriam: quae & aicitias & affinitates aestimauit: proprium uero fratrem

permit. ut communi omnibus libertatem a tyrannorum impetu uindicaret. Turpitudinis pars: Turpe. n. est contra patrem orare: licet honestum sit matrem defendere. Turpe iter occidere fratrem: & si fas est patriam liberam reddere. Sin huile genus causae erit faciemus attentos: Exemplum erit huiusmodi Magni instat iudices nostrae reip. periculum: nisi restinguantur incendia: quae summa cum indignatione in urbe nostra oriri uideo. Saepius enim aduertit ex re minima non paruum odium & perturbationem concitari: praesertim quam ab illis inferunt iniuria pro quos maxime tutos esse conuenit. Vergilius quoque li. iiii. g. quam uellet de apibus scribere ait: Protinus aeri mellis caelestia dona exequar: hanc et Meccenas aspice partem Admiranda tibi Leuium spectacula rerum. Magnanimosque duces totiusque ex ordine gentis. Mores & studia & populos & flumina dicam. Sin turpe causae genus erit: In sinuatione utendum est: nisi quod nacti erimus quae aduersarios criminando beniuolentiam capere possimus. Exemplum erit tale. Quomodo nacti quod erimus quae aduersarios &c. Non audeat iudices praesertim apud uos pro illo dicere: cuius uita uobis suspecta est: Sed quam turpitudinem & infamiam accusatoris prospicio defensionem huic reo denegare non possum. Quomodo enim is accusat de criminibus: de quo primum est cognoscendum: sit ut hunc reum innocentem credam quem bono uiro accusate noxium esse concedere. Quare causa sit honesta. Exemplum erit. Si quid unquam fuit iudices: quod apud maiores nostros singulari & praecipuo fauore praesertim fuerit si in primis eorum: quod propter firmitatem aetatis se ipsos tueri non possunt actioes & causae aliquo singulari privilegio sunt tractatae. Quid enim honestius aut aequius esse potest quam illis adesse: quos nudum uel rationem uel nam ita confirmauit ut se tueri possint: Cum praesertim haec una res sit: quae & reip. dignitatem & priuatae commoditatem aspiciat: Nam si liberis nostris & amicorum nostrorum ac ceteris consultum esse uolumus apud posteros illud necesse est: quod pupilloe causas rebus omnibus praepositas uelimus esse. Iter aliud Aulus Licinius Archias poeta antiochia natus Romae uixit Ciceroni iter alios charissimus. nam & eius praceptor in graecis fuit. fuerat autem prius heracliae ciuis effectus: demum sibi de ciuitate lis mota est a quodam graccho quod ciuis non esset. Tunc Cicero archiam defendens ita exordiri potuit. Si apud maiores nostros est conseruatum iudices ut praepotes pro parentibus habentibus debeo quantum est scitum in me huic praestantissimo uiro & integerrimo & opem & salutem afferre: & eo magis quoniam illius doctrina & optimis praecipis ita institutus sum ut nonnullos aliquando defenderim nam si ceteros adiuuamus a quibus nihil utilitatis ad hanc rem adipiscendam consecuti sumus quanto magis ei attribuere debemus a quo id accipimus per quod etiam ignotis prodesse



possumus? Aut breuiter exponere &c. Exēplū erit: Sūma rei iudices: d  
q̄ corā uobis acturus sum: est de poena & supplicio p uos inferendis ci  
uibus seditiosis: si ciues habēdi sūt q̄ necē bonorū hoīum: & p̄niciē reip.  
meditati sunt. Erit itē exēplū Nasonis illud: In noua fert aīus mutatas di  
cere formas corpora. Et illud Marōis. Arma uirūq̄ cano. Ab lege exē  
plum erit: lege latoria cautū ē iudices. ut siq̄s pupilloꝝ bona diripet acer  
rimas poenas lueret. Cū itaq̄ Titius Marci pupilli bona diripere uelit  
poena mulctādus ē. A scriptura: lex specialis ē. Scriptura uero general  
Est at̄ allegatio alicuius scripti: & sentētiā general. ut illud Ciceronis in p  
hemio tuic. Honos alit artes. oēsq̄ incēdunt ad studia gloria. Cū igit̄ hic  
ciuis p̄ priā egregie pugnauerit merito mihi honore ac p̄miis afficiēdus  
uideat. Firmissimo adiuuēto: Exēplū erit. Quid ē o iudices quod ciuis  
tatē magis cōseruet: q̄ iustitia & æq̄tas iuris: q̄ cū iubeat ut mortuo p̄re fi  
lio potius q̄ fratri hæreditas debeat. debetis huic cōcedere æquitatē: q̄ q̄  
dē uinculū ē ciuitatis: ubi. n. æquitas deest. oīa cōfunduntur.

De docilitate & Attentione. Tit. viii.

Si summam rei breuiter exponemus: Exēplū est ibi superius. Aut breui  
ter exponere &c. Et si attentos eos faciemus: Id in humili genere serua  
bitur. ut illud Maronis. li. iiii. g. de apibus. hanc etiam Meccenas aspice  
partem. Cicero. li. ii. de oratore scribit græcos monere ut principio facia  
mus iudicem attentum & docilem: quæ sunt utilia: sed non principii ma  
gis propria q̄ reliquarum partium facilia etiam in principiis: q̄ & attē  
ti tum maxime sunt quum oīa expectant. & dociles magis initiis esse pos  
sunt. Illustriora. n. sunt quæ in principiis q̄ quæ in mediis causis dñr: aut  
arguendo. aut refellendo. De rebus magnis: ut illd. Magna res p̄iceps  
illustrissime ē ea quā expositurus sū uobis: Cui nisi tēpestiue cōsilio & uir  
tute occurrat: nō mediocrē p̄fecto i urbenā discordiā excitabit. Quid  
enī iniquus esse pōt q̄ ciues nostros ab his nō posse tutos esse. quos armis  
& fide oporteret eisdē auxilio esse. De rebus nouis &c. Exēplū erit.  
Noua res & penitus inaudita princeps optime per me exponet. ea q̄dē  
talis est. ut sūmam indignationē atq̄ odiū cōcitatura sit nisi prudētia ue  
stra mitiget. qd. n. magis cōtra mores publicos pōt esse q̄ extorq̄re quic  
quā. quod luxuriā ciuitati & uoluptatibus materiā sit allaturg: Nouis no  
ua dñr q̄ fuerit nunquā. Inusitata uero sunt: q̄ licet facta sint rarius tamen  
accidūt. Quæ ad remp. ptineāt: Exēplū erit cū instituissē p̄res amplissi  
mi id apud uos dicere. quod uisū eēt optimū. Nihil certe post religionē

nostri & unius & ueri dei qd̄ uel me dignius uel uobis magis gratū dici  
posset occurrit q̄ de cōseruatiōe & amplitudine reip. disputare. Eas igit̄  
res apud uos in primis exponā noua quadā & inusitata rōne ut plane in  
telligatis me p̄spexisse quo modo illā a nostris maioribus nobis traditā  
& maiorem & meliorem nostris posteris relinquamus. Ad eos ipsos q̄  
audiunt: Exēplū erit. Nisi p̄res cōscripti cōsilio & uirtute uestra rep̄ris  
meū audacia & temeritas eorū q̄ uestri ordinis & s̄ctissimæ p̄riæ nostræ  
publici hostes sunt: plane uideo uos cum tota rep. maxima breui subitu  
ros incōmoda. Ad deorū immortalīū religionem & pietatē: Exēplū  
erit in genere honesto. Agit̄ iudices de cœlesti cultu ac religione diuina  
q̄ re nunq̄ fuit apud n̄ros maiores uel p̄stantior uel acceptior. Est. n. res  
prorsus admiratōe & qd̄a laude singulari dignissima. Religionē: Reli  
gio est: q̄ superioris cuiusdā naturæ: quā diuinā uocant curā ceremoniāq̄  
affert. ut Cicero inquit. li. ii. rh. Pietatem: Tullius p̄ plantio inqt. Nam  
meo iudicio pietas fundamentū est omniū uirtutū. Item: qd̄ est pietas: ni  
si uoluntas grata in parentes. Et li. ii. rh. pietas est p̄ quā s̄guine cōiūctis  
patriæ q̄ beniuolis officiū & diligens tribuitur cultus. Superius quoq̄ co  
dem li. sic dixerat pietatem appellāt q̄ erga patriā aut parentes aut alios  
s̄guine iunctos officiū seruare moneat. At in li. de. n. d. ait pietas est iu  
stitia aduersus deos. Ut attēte audiāt: Exēplum erit illud sumptum ex  
inuetiua Cicerōis in Catilinā. Attendite q̄so iudices: & ea quæ dicā pe  
nitus animis uestris rōnibusq̄ mādare. Et illud Terentii Nunc quā rem  
uitio dent quæso animaduerte. Si numero exponemus res: Exēplū  
Agit̄ p̄res cōscripti de duobus: de concordia ciuium n̄rorū & cōpressio  
ne belloꝝ ciuiliū: quæ iandudum n̄ram patriam affixerunt. libro at̄  
primo rh. addit p̄dictis: q̄ attentos faciemus si nos pollicebimur breui  
nostram causam demonstraturos.

De beniuolentia a nostra persōa. Tit. viiii.

Si officiū nostrū sine arrogancia laudabimus: Exēplū erit. Quāq̄ tur  
pe est iudices officium suum ita exponere ut p̄pria laus intendat: attamē  
ga aduersarii mei sic menup. cōtūeliis affecere ut nisi uita mea rōnē ha  
beā: & q̄l̄r ab adolescentia me instituērim dicā plane tacendo confirma  
re uideret oēs aduersæ p̄tis i me falso obiectas cōtūelias: faciā itaq̄ nō tā  
libenter q̄ necio: ut intelligatis me lōge abesse a crimibus: q̄ mihi obiciūt  
& fictā eorū accusationē cognoscatis. Ego qd̄ sic i oculis meorū ciuiū ui  
xi: sic me gessi ut neminē unq̄ offēderi pluribusq̄ saepe nūero auxilio cōsi



Itaque extiterim. Quid enim in causis forensibus & publicis agerim  
uobis omnibus patere arbitror facile praetereo. Quare magnopere ad  
mitor quae temeritas uel quod potius reor quae inuidia meos aduersa-  
rios impulerit ad ea defingenda a quibus quidem ita absu ut ipsi ab honestate  
atque uirtute. Aut in reip. quales fuerimus: Exemplum erit Et si praesens conscrip-  
ti non quae satis pro reip. propugnare quae possunt: Illud attamen assero me nullos pro ea  
labores fugisse unquam: neque ulla euitasse pericula. Quare non possum non moueri  
quod nefariae iuratiōis reū apud uos facere me aduersarii ausint. Aut in pa-  
rentes aut in amicos: Exemplum erit Quo anno iudices in parietes & in aieos  
meos sepe extiteri quibus omnibus notum esse putem illud dei quae ausim dicere ne-  
minem aut maiori beneuolentia aut maiori cura usum esse in suos quam ego in meos  
continue uitor. Aut in eos qui audiunt: Exemplum erit Cum in nostra reip. iudices  
multos mihi proposueri quos maxime charos & precipuos habere semper  
tamen uos in primis & amare & uenerari constitui. hic euenit ut omnem fortunam ue-  
stram meam dicerem. decerneremque nil posse uobis aduersi accidere quod mihi ipsi  
non foret commiserabilem itaque pro salute uestra meam quoties opus erat opposui  
neque pro uero honore ac statu ullum fugi periculum neque fugiam dum uiuam. Si nostra in  
commoda proficemus Exemplum est: illud iudices uerax esse expior quod uulgo dicitur for-  
tunam eos uix unquam relinquere quos semel cepit urgere: quo in statu quidem extite-  
ri & in quo non positus sum nequam uerum ignorare arbitror. Quis enim in ur-  
be nostra aut diuitiis aut potentia aut amicorum frequentia magis abundabat? Nunc  
eo productus sum ut Neque diuitiae neque potentia neque ulli mihi assint: Omnes enim  
me notati atque amici deseruerunt. Ut nobis sint auxilio: & in aliis noluisse sperare  
habeo. Exemplum erit Cum eo loco posita sit causa mea iudices ut nisi misericordia  
uerba mihi sit praesens atque propitia ueluti saepe numero multis fuit: plane sum ab  
omnibus destitutus: Humilitate itaque uestram & clamorem quaeso atque obsecro  
ut mihi auxilio sint: In uestra namque duntaxat uirtute mea spes omnis incubit  
Cum enim multi fortunis meis subsidio esse pollicerentur uos elegi & constitui illarum  
tutores.

De beniuolentia ab Aduersario persona Tit. x.  
Spurce: Exemplum est Quamquam saepe numero uidi iudices eos quae uicinia fla-  
gitia manifestarunt magis offendere animos audientium quam qui commiserunt: Magnitudo  
tamen delicti & criminis facit ut de scelere aduersarii tacere nequeant: Tanta  
perditae namque luxurie homo est ut pro omnem turpitudinem reuolutus ea & faciat & pa-  
tiantur quae quidem cuiusque boni uiri maximam in se possit indignationem accedere.  
Superbe exemplum erit Si propter consuetudinem meam iudices priusquam de re dicam  
pauca de moribus aduersarii exposuero id me non sine atroci causa facere ar-  
bitrari potestis Cum enim superbia & elatione. P. Clodii considero non possum non

moueri. Qui neque sibi quemquam in hac urbe superiorem nec parum habere uel pati potest  
Quid in collegam suum. Quae uultum quem unum reip. semper amatissimum cognouistis  
agerit satis omnibus notum est Nemo itaque tale hominem imo truculentam iram & sa-  
uissimam reip. pestem satis digno posset odio persequi. Perfidiosum Exemplum  
erit Siquid est iudices apud nostros maiores quam maximo fuerit unquam odio dignum  
illud certe in perfidia totum est positum. Cumque uaria sint & plura aduersarii nostri  
uitia quae satis puto uobis esse nota: nullum tamen atrocius frequentius ue in eo ex-  
ardescit uitium quam quod neque ulla fides neque charitas neque dicti scilicet constantia si-  
bi inest: sed summa infidelitas tam in superiores quam in pares & amicos extitit specie. Cru-  
deliter: Exemplum erit Moueor patres conscripti & grauius quam uel aetas mea  
uel consuetudo ferat perturbor: quum aduersarii mei quaedam incredibilis inuitas  
& impia in miserum quemque Crudelitas mentem subit. Qui necdum ulla mouetur  
misericordia super afflictos & calamitosos homines: sed eorum sanguine atque sup-  
plicii non satis satari potest. Confidenter: Exemplum est specie ea iudices nostri fuit aduer-  
sarii consuetudo ut quicquid ei collibuisse totum id est licet sibi credet. Hinc est quod  
temerario quodam ausu & impudenter spe dictis ac factis in optimum quemque & in-  
nocentem uix inuectus est pluries. nisi igitur iustitia uestra frano adhibito tem-  
peret mihi credite iudices tantam sibi assuetam arrogantiā ut uestrum quicquam uix ferre  
possit. Maliciose Exemplum erit: Cum multa sint iudices quae ab aduersario meo  
facta digna uideri possint uicinia: illud mihi uerum in primis considerandum potius quam  
mentem quo ue animo gesta sint: quod quod actum fuerit Nemini profecto uerum iudices  
dubium esse debet quam maliciose & prope caeteris in rebus sese gesserit. Cum est in illis  
quae apud alios & deest & hinc sunt honeste prauo & iniquo specie sit usus igne fla-  
gitiose: Exemplum erit & si maiores nostri iudices grauis poenas in eos excogita-  
uerunt quae aliquod scelus aut impudenter factum commiserunt. Singularia tamen & exquisita sup-  
plicia reliquerunt aduersus eos quoque scelera multis flagitiis attulerunt. Cum itaque  
aduersarius meus sic uixerit ut omnis eius uita non solum sibi turpis & infamis hinc  
sit: uerax est ciuibus nostris flagitiosa. Videte quo anno quae seueritate. uti in eum uobis  
conueniat. Flagitiose flagitium mori militari dicitur res flagitiose hoc est in reip. patere  
digna. ut Dona. in eu. Si uero Exemplum erit Quamuis iudices ea sit aduersarii  
mei uis & membrorum firmitas quae caeteris praestet: tamen abuti hoc naturae beneficio & in  
bonorum principem conuertere mime conueniebat: Cum itaque maius posuerit in uir-  
tibus quam in aegritate subsidium: Verum erit iudices ne iniustissimam uolentiam suam causam  
meam oppriat. Si potentiam Exemplum erit Maxime uelle iudices ut aduersarius  
meus ea modestia esset ut plus aegritate & nostrorum maiorum leges posse crederet  
quam imoderatam & imensam eius potentiam. Sed cum neque ulla iustitiae reuerentia  
neque pietas neque respectus honesti moueat eum: illud mihi uerum quod non iuris sed metu





potentia suae sibi uelit oēs submissos esse. Factionē. i. cōiurationem & maloz cōsensum. Exēplū erit. Nisi iudices Aduersarii mei factiones uestra iustitia comprimatis: plane cerno optimā cām meā oppressū iri. Vi deo nanq; longe magis ea multitudine eum cōfidere: q̄ nefaria cōiuratō ne secum iamdiu conuenit: q̄ iustitia & æquitate. Diuitias: Exemplum erit: Nō conueniebatiudices aduersariū meū diuitiaz suarum magnitudine sic inflari atq; tolli: ut plus spei crederet in auro atq; argento positū eē: q̄ in legibus & institutis maiorz nostrorz. Incontinentiā: Exemplū erit. Si aliquñ pro nra rep. iudices. Aduersarius meus impatientia atq; impetu animi bene sit usus: illud tñ decebat: siue id cōsilio siue fortuna ut potior reor benecefferit: nolle hanc suā iracundiā & animi furorē a militari consuetudine in civiles cās transferre. & hac sua incōtinentia uelle iustas bonoz ciuium causas opprēssas esse. Nobilitatē: Solet p̄ saepe iudices aduersarius meus præclara maiorz suorum gesta & egregias imagines numero & magnitudine cæteris cōparare: qui & si nobilitatem suā pluribus & maximis urbis nrae principibus fortasse non iniuria præferenda censeat tñ illud eum arbitrari cōueniens est: ut non oīa nobilitati: sed pleraq; iustitiæ & æquitati subiecta eē cōfiteat. Verū cum ipse sibi persuadeat oīa splendori suo concedenda. Vestrū est iudices aduersus ambitionem suā leges & iura defendere. Clientelas. Exemplū erit. Magnæ sibi ducit gloriæ meus aduersarius iudices: q̄ nemo sit hac in nostra ciuitate & opulentissima & florentissima: q̄ ex municipiis italiæ plures in clientelā assūpserit: eo fit: ut neminē ferre æquo possit animo: q̄ suū ius tueri uelit. Cum arbitretur uos ipsos & leges & iura sibi hoc ipso debere subiicere. Hospitiū: Exemplū erit confiteat iudices necesse est. illud ueq; esse: q̄ sæpenūerogloriari solet: & se extollere aduersarius meus sp̄ domū suā primis urbis nostræ atq; totius italiæ principibus hospitio patuisse: quæ res sibi dat animos & impatientē reddit: ut in ius uocetur. tum uel metu uel gr̄a uel suoz hospitium leges uestras oportere largiri suæ libidini uos arbitretur. Sodalitatem: Exemplū erit. Et si nemini ciuium nroz iudices plures aut magis fidos sodales adesse: q̄ sibi meus gloriatur aduersarius: non tñ ideo decet uelle quenquā iniuria oppressū esse: & plus p̄sidii in ea sodalitate: q̄ sibi cū pluribus inest q̄ in rigore iuris credere positū esse. Sodales aut ut festus ait: dicti sunt: q̄ una sederent ut essent. uel q̄ ex suo datis uelci soliti sint. uel q̄ inter se inuicem suaderetur: quod utile esset. Affinitates exemplum erit. Animaduerti iudices aduersariū meū non pp̄ se audere

mihio esse: ueq; p̄pter affinitates principū: quas ut optie noscitis nō ad salutē bonoz sed i p̄niciē potius traxit. Itaq; nō debetis id iudices pati ut respectu affinitatis uxoris cæterazq; nobiliū urbis nrae matronazq; qbus sēper fortunatus fuit: i hac libera ciuitate uelit sibi & leges & iura cedere.

Si iertiā: Exēplū erit nō satis æquo animo ferre ualeo iudices uitam aduersarii mei: q̄ suā Inertiā uult apud uos iudicari. Industriā & hoc ipso moderatior esse & magis iustus cēseri exoptat. Sed quis ē q̄ hunc hoīem cuius animus nō solū ab honestis artibus atq; disciplinis abhorruit sed et ab illis actiōibus q̄s uulgares & mechanicas uocamus nō sp̄nat atq; cōtēnat? Ignauitā: Exēplū erit Quis uestrū est Iudices qui aduersariū meū nō cōtēnat atq; oborreat quā se ad ignauitā & secordiā suā retulerit: adeo q̄dem ē hebeti & tardo ingenio ut nec studiis nec ullis p̄ceptiōibus quozq; sibi maxia sēper copia fuit i ulla re unq; hōesta liberoq; hoīe digna q̄cū profecerit. Desidiā: Exēplū erit Cū multa sint i hac uita iudices q̄ ulcōsuetudo ciuitatis uel respectus uirtutis rephēdēda faciat: Illud certe nō solā rephēnsiōe uerū tamē multapotius idignatiōe atq; contēptu dignū uideri debet q̄ maxie i aduersario meo scimus oēs uiguisse. Qui cū ab Ineunte ætate plurimis atq; honestis eruditus artibus fuerit adeo desidiæ & corpori deditus sit ut totus ocio marceat. totq; labores atq; uigiliæ a primis usq; anis susceptæ plæe oēs i cassum absumptæ sint ita ut aliquanto melius fuerit nunq; percepisse studia q̄ percepta nunq; repetere. Luxuriā: Exēplum est Si antea iudices qualis aduersarii mei uita extiterit urbis ignotū fuit: me dicēte nūc primum discetis: Sic enim uitā eius usq; ab anis adoleſcētiæ instituit ut omni uulgiere infami uulgatior ac magis ipudicus fuerit: nihil enī sibi turpe q̄ ei libuerit credidit. Quare iudices cōsiderate quos deceat hūc i iudicio admittere q̄ nihil non turpissimum atq; ifame semper i se ipsū admisit.

De beniuolentia ab Auditorz persona Tit. xi.

Fortiter: Exemplū erit Quū uram iudices in ferendis sententiis cōstātiā atq; fortitudinē considero: nihil ē q̄ meoz timeā aduersarioz uī aut minas. Soleo saepe ante oculos ponere & crebris id ipsū referre sermōibus q̄ forti fueritis aīo aduersus eos q̄ magnitudine suæ potentia uestra conati sunt iudicia subuertere. Sapienter: Exemplum erit Nihil ē iudices q̄ meæ diffidam causæ cū mihi occurrit apud quos agitur de hac ipsa re pro qua mihi sūma est cum aduersario meo controuersia. Cum enim considero singularem prudentiam & in omnibus rebus agendis curam



atq; studiū uestrū quid esse potest uel tā arduū uel difficile quod uestrae non sit Sapientiae planū ac perfacile! Vestrae quidē hac in nostra ciuitate Sentētia ita & pbate sunt & laudatae ut neque maiori ingenio nec attentiori solertia quicq; agi potuerit. Māsuete exemplū est Et si multa sūt iudices quae uestrum possint in hac ipsa causa perturbare animum: Tāta tamen semper fuit in sententiis ferendis uestra Modestia ut nec odio neq; gratiae contra ius & equitatē locus unq; apud uos ullus fuerit. bene itaq; meae consultum esse causae non iniuria confido. Magnifice: Exemplum est. Quāq; plura sunt iudices q̄ in uestris spectare sententiis & admirari soleā nihil tamē est quod maiori laude & ueneratiōe dignum ducā q̄ uestrā illā singularē in rebus perficiēdis Magnificētia: Minime igit̄ cui q̄ mix esse debet si pplus ipse in oībus ad remp. Pertinētibus p̄cipuo quodā fauore atq; studio spectatā & admirabilē iustitiā uīam sp̄ p̄secutus fuerit. Existimatio. i. iudiciū. Exēplū erit. Bono & optimo qdē Ciuitas nostra p̄det iudicio Cū sciamus tali ingenio uos eē p̄ditos ut nullius timeatis iniurias nullius inimicitias Nullū deniq; impetū improborū hoīum qui aīum uestrū ab officio deterreant. Expectatio: Exēplum est Cū hoc ita sit Iudices ut omnibus iustitiā & aequitatē seruaueritis nulla incidit dubitatio inter Ciues qn hūc praestantē adolēcentē absoluatis qui quidē ab ī probis accusat̄ solū uti cū paternis bonis expolient.

De beniuolentia ab rebus ipsis. Tit. xii.

Si nostram causā laudando Extollemus: Aduersarioꝝ per contēptionē deprimemus. Exēplū erit Nisi causa mea iudices talis esset ut satis ipsa p̄ se apud uos poraret pluribus uerbis ac maiori studio uteretur. Sed cū nihil sit quod magis ad rē uel publicā uel priuatā p̄treat q̄ hoc ipsū de quo nūc sū acturus: quid est q̄ tam neciā atq; honeste rei diffidere debeam cum. praesertim ea sit aduersarii mei causa quae si apd̄ uos accepta fuerit: plurimum detrimētū patriae & bonis uiris perniciē allatura sit! Per cōtēptionē: Id aliqui legunt per cōtentionē. i. Comparisonē. Contēdo enim ut aiunt q̄ uādoq; comparo significat. Placet autē utrunq;.

De insinuatione. Tit. xiii.

Quibus principiū uti non possūus: Quo pacto p̄cipiū & insinuatō differat supius patuit Tit. vi. de Exordio. Diligēter: attēto hic reddi herēnius. Aīum auditoris a nob̄ aliēat. i. quū materia nō placet auditori. ut puta dānare castitatem apud uirg. pbū: uel luxuriā approbare casto uiro aut laudare Continētiā impudico. tūc enim auditoris animus alienatur

Turpis autem causa bifariam esse potest Aut respectu ipsius materiae. Aut respectu auditoris. Vnde si cōtinētiā in quo laudes respectu auditoris Turpis causa dicit̄. Hinc Victorinus ait q̄ duobus modis causa contrahit turpitudinē: Aut enī res turpis est aut persona. Si persona turpis fuerit aut aliū hominem subiicies qui amat aut rem pro persona. Deinde si res turpis fuerit aut aliā rem quae honesta est subiicies aut rem pro homine &c. Persuasus: motus ad credēdū. Turpitudinem habebit: Tunc causa turpitudinem habere: intelligitur uel quum per se turpis est ut diximus uel quum auditori non placet illam audire ēt si honesta esset. Homine non rē: Idem Ci. li. i. rh. de Insinuatione quoq; meminit aitq; q̄ si causae turpitudō contrahet offensionē aut pro eo homine in quo offendit̄ alium hominem qui diligitur iterponi oportet. Aut pro re in q̄ offenditur aliam rem quae probetur. Aut pro re hominem. Aut pro homine rem. Aut ab eo quod oderit ad id q̄ animus auditoris diligit traducatur. &c. Exēplū Insinuationis ponendo hominē p̄ hoīe. erit huiusmodi. Neiem uīum fugit Iudices quanta nīam in remp. superioris aphyricāi merita extēt in hūc usq; diē: q̄ tā & si celebres triūphos uelut imortale quoddā uirtutis suae p̄miū duxerit nunq; tñ eā laudē diuinis tāti uiri meritis aequā cēlebo. Quo circa mea qdē sentētia suis habenda posteris & referenda uidetur gratia q̄ diu in hoc pulcherrimo ac florētī iperio Maxima uiri huius tenemus & sentimus beneficia. Cum itaq; Tiberiū gracchum aphyricani ex filia nepotem tanq; scditiosum quidā accusauerint & euertere penitus conati fuerint Aui meritis saltem absoluendum censemus. Rem pro re: Verres triūphauerat de dacijs: p̄tor postea in sicilia turpissime se gessit hūc multis criminibus accusatus ē. In defensionem autē eius trahet̄ exordium ab re grata: quā cōtra dacas gesserat. Exēplū itaq; tale erit: Crebras dacarū rebellioes q̄ p̄ximis ānis fuere Neiem uīum iudices ignorare arbitror. Nec ullus erat q̄ se cōtra imāes barbaros rōanā expeditionē ducerē p̄fiteret̄ Cū unusq; graue bellū id arbitrarē huic tñ piculo ac labori se se ducē Verres obtulit: q̄re irenā gētē magna cū uirtute fudit: ac nīo tādē ipio s̄begit. haec sūt iudices p̄clara Verres gesta: q̄ uos admonere debent quoties de criminibus eius dī nō tñ p̄sentē q̄tū āte actā & supiorem uī tam inspicer̄ oportere: Cum praesertim illa uob̄ nouissima haec uero p̄ malis uolos hoīes & Inuidos falsa sint. Hoīem uī rē: Exēplū erit a. C. Mario q̄ accusatus repetundarum sic exordiendo defendi poterit. Amp̄issima uirtus. C. Marii. & clarissima rerum gestarum Gloria eousq; creuit ut



cum finibus romani imperii fere terminetur. Quare iudices iniquum uobis & indignum uideri debeat tantam claritatem suspitione obiecti criminis obscurari. Rem non hominem: Exemplum erit huiusmodi: pyrrius epyrota contra romanos tarentinis fauebat. Eius medicus democares romanos petiit pollicens pyrro se uenenum daturum si romanis rem gratam faceret. Romani autem illum captiuum remisere ad pyrro. qui de re ductus est ad supplicium. Res ipsa respectu auditoris. id est ipsius pyrri turpitudinem habet. poterit tamen orator ita exordiri. Cum nulla in perditores habenda sit misericordia magnifice pyrro non negabo Democarem tibi uenenum paraturum omni supplicio esse dignissimum. Sed cum medicinae pitissimus sit & philosophiae omnique bonarum artium scientia eruditus curandum est a te pyrro ne tot bonae artes depereant. Itaque non hominem sed eius doctrinae ignoscendum uideat. Non placere nobis: Exemplum sumit ab morte aiacis in defensionem ulyssis. Res indigna iudices & prorsus nefanda est: quam aduersarius meus diebus proximis commissam dicit. Quis. n. ferre possit uix fortissimum atque integerrimum aiacem dolo & perditione interfectum esse. Quis satis supplicii posset excogitare illi qui clarissimum gratiae lumen tam crudeliter extinxisset. Illud autem optare iudices ne dolor ac ira illius caede sumpta magis hoc iudicium quam aequas regetur: aut ne studio ulciscendi poenam innocens subiret. Nihil. n. ambigo Vlysses tam longe ab hoc abesse maleficio ut nihil magis ueget dici possit. quam nisi certis & aptissimis rationibus uobis ostendero omnem pro ipso pati poenam ac supplicium non recusabo. Nefaria nefandum est non fandum. Nefarium quod sacra polluit farre pio solita celebrari: ergo nefarii sacrilegi. ita scribit pedianus. li. ii. Verrinarum. Aliquorum iudicium de filiis caecae docet insinuationes esse per comparationes regum fieri debere. Itaque debet orator exponere causam suam: & per comparationem aliam adiungere. Auditor. n. qui prius causae turpitudinem obhorrebat attentus fiet tanquam noua auditorus per illam comparationem. Ut si Cicero defendens Milonem per comparationem asserat horatium quoque fororem occidisse & saluum & absolutum fuisse &c. Aut de eadem: Eandem causam dicimus quam & idem scelus & quam ob eandem causam commissum est. Ut si duo eadem causam impellente hominem occidissent. priorque absolutus esset. Eodem pacto alter absolutus uideat. Aut de minore: Exemplum est. Nunquam placuit maioribus nostris iudices temere procedi quam de fama & salute agit: probationes. n. luce clariores esse conuenit. Nimirum igitur si capitolinus quam apud caesarem furti accusaretur quae auream coronam ex ipso iouis simulacro substulisset & si manifestis indicibus conuictus uideretur a Caesare tamen absolutus & liberatus fuit. Quare iudices arbitror nihil aduersus morem nostrorum maiorum in hac criminatione (quae quidem lucius de rebus maximis furti reus agit) per uos decerni conuenire: nisi ue-

tate ipsam firmioribus argumentis quam suspitionibus aut coniecturis probata esse uideretis. Aut de maiori: Exemplum erit. Nonnulli sunt iudices qui L. Antonium accusabant quod seruum suum per factionem ad Pompeium fugiente usque ad necem pulsauerit tamen minime reminisci uidentur quod fuluius eius filium Catilinae castra sequente occidit: addens se filium patris non catilinae non perditorem genuisse. Quare si fuluius qui non uerberauit uerum occidit filium per patrem absolutus est. quanto magis in leuiori causa. L. Antonius absolutus uideat. Pedetentim paulatim: prius. n. iudicium proferemus de minori uel de maiori: deinde causam nostram subiiciemus per comparationem ut patuit per exempla. De aduersariis: Exemplum erit. Nihil dicturus sum iudices de latrocinis homicidiis & adulteriis ceterisque sceleribus aduersarii mei: quae quidem superioribus temporibus in peregrinos quam in ciues nefariae & crudeliter admisit sum. n. in aliis impedito &c. Id autem per occupationem fit. De alia re eorum: Exemplum erit. Testor iudices me uos non adisse ut in hac causa quam nunc agit quicumque acturus sum. Nihil. n. ad me pertinet siue absolutus sit hic reus siue accusator fide uobis faciat. Arbitror tamen prudentiae uestrae conuenire diligenter aduertere quod hoc in iudicio decernatis: sapere. n. iudicem mali uolentia miseris insectatur.

De insinuatione si persuasus auditor fuerit. Tit. xiiii.

Fecerit fide auditoribus: fides est firma opinio. ut inquit Cicero in petitionibus. Quibus rebus fides fieri soleat: fit fides per argumenta & rationes: hinc ait Cicero in petitionibus quod Argumentum est probabile iuentum ad faciendam fidem. Et in topicis inquit. Argumentum ratio est quae rei dubiae faciat fidem. Firmissimum adiuumentum Exemplum est longe sua iudices opinione fallit per aduersa: si fide putat apud uos fecisse his argumentis & rationibus: quibus in hac est usus causa. Et ut clare percipiat quam uim cetera sint in persuadendo habitura argumenta: Ab eo me uobis icipit eum polliceor: quod ipse fortissimum ac firmissimum suae causae putauit ad iumentum. quod nisi plane docuero nihil prorsus de ceteris argumentis apud uos contendam &c. Ajax propterea in petitione armorum achillis ut scribit Ouidius. li. xiii. met. Inter firmissima argumenta ait de Achille. Frater erat: fraterna peto: quod sanguine cretus. Sisyphio furtisque & fraude simillimus illi. Inseris acaedis alienae noiae gemitus: ad quod ulysses respondens ait. Dum modo quod fratres Thelamon peleusque fuerunt. Aiaceis meritum non sit: nec sanguinis ordo. Sed uirtutis honor spoliis gratum in istis. Aut si proximitas primusque requirit haeres. Est genitor peleus: est pyrrius filius illi: Quis locus aiacei: phthiam haec scyronque ferant. Aduersarii dicto: Exemplum erit. Quod in primis nostrae reipublicae ratio sit habenda iudices: id ita honestum ac necessarium esse dico.





firma ē cū aduersario cōtētio. Ambiguo: Exēplū ē. Recreādi sūt iudices  
aīmi rī su aliquo ubi audiēdo defessi fuerāt. Itaq; id agam prius deīde ad  
cām q̄ mō agit reuertar. Sutor qdā militis cuiusdā uxore noīe Gallā sub  
igēs iterrogatō suo a familiari qd ageret respōdit se Gallā subigere: Vir  
qdā uob̄ p̄fecto notus illac forte transiēs idq; accipiens uxore suam eius  
de noīs suspicatus ē: Iratus igiŕ domū a diēs illā baculo perit: nullo uerbo  
prius edito. Vbi uero misellā pene occiderat inq; ipudica mulier qd tibi  
ē cū suture: faciā posthac ne unq; amplius talia cōmiseris. Iurabat mulier  
se hoīem illū uidisse nunq;: uixisseq; sp̄ pudice. demū noīs ambiguita  
te uerberibus affecta ē: Sed reuertamur ad cām. Suspiciōne: Exēplum  
erit Sigs ur̄um Iudices ē qd aduersarii mei p̄rem regrat sciat illū eē cuius  
dā filiū q̄ nunq; nisi cubito nasū tergit: Nunc at ad cām potius quā actu  
rus sū mētes aduertite &c. Intellexit at laniū. Irrisio: Exēplū erit. Nō  
miz ē iudices si uos attētos & dociles fecit aduersarius meus: qm̄ Cice.  
fabio atq; boetio sp̄ studet. Id ē Cicer amat fabas & boues. Stultitia: Ex  
emplū erit. Qm̄ tēp̄ us hortat me iudices aliqd dicere qd̄ aīos ur̄os refi  
ciat Rē uob̄ exponā: q̄ ut spero cūctis nō mediocrē risū excitabit: Ut itel  
ligatis q̄ prudētia degāt pleriq; n̄r̄e ur̄bis causidici. Fuit olī Iudices hac i  
n̄ra ciuitate Vir qdā sūmo iudicio. Is quū se domo cōferret i forū cliētū  
suor̄ cām acturus secus fabri limen p̄teries Cādētē adhuc ferri laminā  
i uia stratā cōspexit. Vir prudētissimus illico ferrū eleuat ut i fabri domū  
cōiiciat. q̄ dere ita qdē exussit digitos ut nō sine gemitu dolorē oñderit  
Post hac magno clamore i fabrū irruit illū arguēs acriter. Respōdebat  
faber nō sua cā ueg; ipsius iprudētia se ipsū offēdisse: Utq; hoīem simpli  
cē magis cōsūderet paruulū aduocat filiū iubēs ut eādē laminā tollat. Il  
le uero prius sp̄uto ferrū sparsit: Cūq; illd̄ feruescere uideret ait nō tāgā  
p̄. Tūc Causidicus aduertēs tādē stultitia sua tibi ipsi nocuisse ueniā a fa  
bro petiit. Ex p̄mētū aut̄ hoc tāti se facere ait ut i rebus et aliis p̄desse si  
bi possit. Itaq; ubi e foro domū se recepit ei uxor polēta ferculū apposu  
it feruēf maxie: q̄ memor egregii documētū nup a fabro accepti i ferculū  
spuit. qd̄ uidēs nō feruescere sicut i lamia ferri uiderat Iā securus polēta  
os ad i pleuit. Quātus at̄ hic fuerit dolor Iudices q̄ nō uiderit. Accusa  
bat postea & uxore & fabri documētū. Multa dēiq; iudices de hoīe isto  
narrare possē: ueg; ad cām nostrā reuertamur. Exupatione: id ē hypbo  
le & excessu ueritatis. Erit at̄ exēplū. Quū puer iā adhuc eēm Iudices s̄e  
pe ser. es grāda uos referre audiebā insulā quādā eē extremis p̄tib; orbis

fitā ubi mures aduersus leones pugnarēt: nullāq; tāte magnitudis ferā ef  
se neq; tam sauiam quam uerberibus caudā non posternerent. Adde  
bant insuper dentes illis esse: quales sauiissimis apris insunt: qui quidem  
si ulla possent arte uel humano dōari igenio nullū bello aptius aīal nec  
fortius eē posset: plura iis adderē nisi ur̄ ingēs risus negaret fidē. Rectius  
itaq; me cōuertā ad cām de q̄ mihi sūma ē cum aduersario cōtrouersia.

Collatione. i. cōparatiōe aliqua. Exēplū erit Nō puto iudices me uos  
bis hoc tpe molestū eē si uī & cōsuetudinē maiorz i reip. Admīstratiōe  
similitudinē aliqua uel cōparatiōe exf̄f̄ero. Sicut enī pitus gubernator  
nauis nō sp̄ eūdē cursū tenet q̄q; ad Vnū tendat portū: sed clauū put uē  
toz fert ipetus moderat: Sic et n̄ri superiores qbus resp. se ipsā cōmisce  
rat Cū unū seper finē itēderēt tamē p̄ tempum uarietate leges & iſtituta  
ciuitatis exponebāt. Ex quo actū ē ut interdū reus absoluerēt: ubi p̄ eo  
dē crimie alio tēpore graui supplicio coerceret. Merito itaq; p̄cipuā  
adepti sūt laudē: Exēplūq; posteris reliq̄runt: quo trāquile posset ac tute  
regi ciuitas. Qua de re neq; nō optimā de uobis sp̄ h̄re. Dicā igiŕ illud  
qd̄ ad ueritatē cāe meae p̄tere uideat. Vos at̄ ut soletis bēignos attētosq;  
mihi p̄bebitis. Abiectione litteraz: Exēplū erit: noui iudices aduersa  
riū meū a teneris usq; ānis Mero studuisse uolebā homero dicere: & nō  
poculis sed oculis bibisse. Lraz mutatione: Exēplū erit Rēferā iudices  
Marci balbi eloquētiā. Is enī cū aliquādo rogatus eēt uti cōcilio publi  
co sētētiā suā explicaret hoc pacto exorsus est Si patres cōscripti re  
pte cōsidero dixiplinā atq; iſtatuta maiorz n̄roz nihil ē qd̄ nostrā reip.  
magis conuenire arbitror q̄ i oībus rebus gerēdis seruale modestiā. Cū  
q; ingens risus omnibus exortus eēt ita cōsūdebat ut nec uerbū efferret  
amplius: Redeo nūc ad cām de qua nunc agitur. Expectatione: nō sta  
tim post aduersarii argumēta respōdere sed tanq; respōsuz expectēt au  
ditores uti Vlysses agit q̄ quidē post aiacis aduersarii sui rationes pau  
lum imoratus est. de quo Naso. li. xiii. met. sic ait. Finierat thelamone sa  
tus: uulgiq; secutū. Vltima murmur erat. donec laertius heros. Astitit: at  
q; oculos paulū tellur̄ moratus. Sustulit ad p̄ceres: expectatoq; resoluit  
Ora sono: neq; abest faciūdis gratia dictis. Expectatione: Exēplū erit.  
Cū uestras aures audiēdo fessas aduertā iudices Iocosa qdam i mediū  
ferā. Marioctus noīter hesterna luce rusticū qndam delusit dum defessi  
auditoribus suis ueluti & uobis nūc accidit Magna uoce rusticū ad se uo  
cauit. qui ubi accessit tunc Marioctus simulandi & dissimulandi peritus



stans in admirationē nullū uerbū fecit. confusus agrestis recessit. Iterum  
postea & tertio eundē similiter reuocauit. decepitq;. Ascendit deinde tri-  
būal quasi noua magna de illo dicturus. Vniuersisq; expectantibus quā-  
dam eēt acturus tandē tacitus inde descēdit. Tunc rusticus tanto rubore  
affectus ut oībus risum ingentē moueret. Ego etiā simile aliquid agerem  
nisi ad tales iocos male institutus essem. Satis igitur uobis erit ex me co-  
gnoscere ab aliis gesta. Restat quid sim aduersario meo respōsurus pla-  
cidis auribus intelligere. Similitudine: Nō mirum ē iudices si aduersari-  
us meus cū temeritate locutus ē putat enim se hic in uōo conspectu esse  
tanquā sit mimus inter aseres. Nouitate: Magna res iudices nuper acci-  
dit: quā q; uos defessos aduerto breuiter enarrabo. Bos quidā syluester  
horrendae magnitudis & uillis amplis meridie pisanā urbem irrupit. sta-  
timq; mugitu horrisono ciuitatē omnem deterruit. deinde nunc hos nūc  
illos aut cornu aut calce offendēs oībus erat pauro maximo. Balistis de-  
nū & bellicis machinis oppresserūt. Hæc sūt iudices noua q; uobis duxi  
referenda priusq; meā cām exordier quo uōi animi defatigati recētiore  
esset ad meas rōnes intelligēdas. Historia: Quæ uōos animos audien-  
do defessos leuare possint Iudices aliqua ex historia breui referā. Plutar-  
chus in Antonii uita scribit Augustū Cæsare quum in epiro ante lucē cas-  
tris egressus esset nauesq; uiseret obuiā habuisse hominē qui asinū agi-  
tabat. Rogati autē Cæsari qd ei nomē esset respōdit ille Eutycho sibi no-  
men esse: Asinum uero niconā appellari. Potitus de inde uictoria Cæsar  
quū ea demū loca ornaret statuit inter cetera hoīem & asinū ænū. Au-  
distis iudices rē nō uulgare neq; usitatā: tēpu sēst ut cām meā uobis ānu-  
entibus exponā. Præterea eutycheis: eutycheos dicit fortūatus foelix euty-  
chia foelicitas bona fortuna. eutycheo foelix sum. nicao uinco significat.  
nici uictoria dicitur. nicitis uictor niciticos uictoriosus. to nicos niceos  
uictoria. Interpelatiōe: interruptiōe iterpositione. Exēplum erit: Cum  
nihil iudices cōstituissem extra cām dicere factū est ut multitudine uer-  
borū defessis aīs uestris me conuertā potius ad eam rem q; uobis gratū  
aliquid asserat. Vel igitur mihi respōdeat Albinus ppinquus meus &  
uobis familiaris q; aīus aut scētētia ei sit de nuptiis: q; diebus superioribus  
instituit. Dic Albine quæso quā ex oībus uoluptatibus p te iam habitis  
efficaciorē habueris: Nec te pudeat. Oībus enī rem gratā facies aut mihi  
soli i aurē tradas. bñ se hēt iudices Refert albinus puellam sexagenariā  
uxorem assumpsisse cui lippientes oculi atrī dentes & pectus inane ac ru-

gosum sit: habet & cetera maximam cui libet Nauseā mouentia. quæ in  
aliō tempus differo. ut ad causā reuertar audite quæso benignis auribus  
Arrisione: arridere ē alteri ridere. Ouidius Riserit arride. Erit at Exē-  
plum Quoniam tēpus hoc iudices exigit ut aliqd iter agendū cōmemo-  
retur: quod uos defessos reddat attentiores reteram paucis. Forbius uir  
facetissimus Cum Rufinum hominem illiteratum & insipientē cui sane  
etiam minima res risū cōmouebat soluto plerunq; risu animaduertisset  
Ei tam suauiter arridebat ut nemo illic præses esset quin ex tali arrisione  
maximā uoluptatem perciperet. Solebat etiā non nunq; in os ridētis  
digitorū conuicere & inde confestim reuocare. quod homo Insultus &  
inipidus aduertens quum se delusum iri Intellexisset asseruit se uelle de-  
tibus ulcisci. Quæ re cognita forbius Candelam recenti seuo cōfectam  
implicuit digito: statutoq; tempore cachinnanti arridens ut solebat Can-  
delam pro digito in os ridētis illico mittit. quam ille acriter compressit  
Forbius autē illius papirum attrahens seuum in ore aduersarii sui reliquit  
Tunc plane tantus omnibus risus motus est ut nullus fere esset quin effū-  
deret lacrimas. Cōfusus ergo rufinus celeri gradu inde discessit. Sed de  
hoc satis: nūc ab ioco ad rem seriam ueniamus. Si promiserimus aliter  
ac parati fuerimus nos esse dicturos: Exemplum erit. Cum instituissē  
iudices apud uos agere quo ceteris in causis ordine soleo nouo quodam  
inuitatoq; dicēdi gñe utar aduersarius. n. uōas aures defatigauit illd igit  
iudices pfitēor me nihil superuacū ut alii faciunt nisi qd necessario dicē-  
dum erit in medium allaturum. Solent enim alii plerunq; tempus cōte-  
rere ut eorum oratio magis splendida q; uera uideatur. Hinc etiam non  
pertinentia ad causam efferūt: Incipiam itaq; omīssā narratione ceteris  
q; adiumentis ab ea potissimum argumentatione: in qua totum suæ cau-  
sæ robur credit esse repositum: daboq; operā Iudices uti id breui & dilu-  
cide expediam.

#### De insinuationis & Principii Differentia. Tit. xvi.

Inter insinuationem: In quibus principium & Insinuatio differant in qui-  
bus item cōuēiāt breui edocet: In principio statim aptis rōnibus reddimus  
auditoris aut beniuolos aut attētos aut dociles. In insinuatione uero occulte  
p dissimulationē eādē illa oīa cōficimus. Ad eādē cōmoditatē. i. utilita-  
tem ut dociles attenti beniuoliq; reddantur auditores. Ex quibus causæ



commoditatem consequitur orator.

De principio exordiendæ causæ Tit. xvii.

Nunc nequî: Attentos reddit auditores pmittit. n. de his rebus dicere: q̄ ad p̄fectâ orōem ptineat. Reddit & dociles. Nā rei sūmā breuī expōit. Lenis: mitis planus aptus: nō asp. nō obscurus. & ip̄licitus fabius li. viii. sic ait: Nobis prima sit uirtus p̄spicitatis. pp̄ria uerba. rectus ordo. nō i lō gum dilata cōclusio. nihil neq̄ desit neq̄ sup̄fluat. ita sermo & doctis p̄ babilis & planus ip̄itis erit. Visitata uerborū cōsuetudo: Obscuritas fit ēt uerbis ab usu remotis. ut inq̄t fabius. li. viii. ut si cōmētarios q̄s pontifi cū & uetustissima fœdera & exoletos scrutatus auctores idip̄sū petat ex his q̄ inde cōtraxerit q̄d nō intelligat. Hinc. n. aliq̄ famā eruditionis affe ctāt: ut q̄dā soli scire uideant. Hæc ille. Vbi ēt ait iacere sensus i orōne in q̄ uerba laudant. q̄d pp̄ illos ait q̄ aliq̄d ingrūt q̄d sit magis antiquū remo tū inopinātū. Apparata orō: Illa trās lucida & uersicolor quorū dā elo cutio res ipsas effœminat: q̄ uerborū ābitu uestiant. & illa q̄ curā fatent & ficta atq̄ cōposita uideri ēt uolūt: nec grām cōsequunt: & fidē amittūt pp̄ id q̄ sensus obūbrāt & uelut læto gramie sata strāgulāt. Nā & q̄d recte dici pōt circūimus amore uerborū: & q̄d satis dictū ē repetimus. & quod uno uerbo patet pl̄ibus ostēdimus & pleraq̄ melius significare putam̄ q̄ dicere. Atq̄ satis apte Cicero p̄cepit. In dicēdo uitiū uel maximū eē ab uulgari genere orōis atq̄ a cōsuetudine cōis sensus abhorrere.

De uitioso exordio. Tit. xviii.

